Visis & diligenter consideratis omnibus/quæ supra dicta sunt iuri dicã & uera dico eẽ conclusionem supra firmatã ab excellentissimo. V. iuris docto. domino Petro Paulo Parisio & in fidem manu propria me subscripsi & sigillũ aposui ego Philippus Decius MEDIOLANENSIS. V. I. Docto. hic Senis iura ciuilia legens.

Consilium Domini Augustini Beroi Bononiensis.

CONSILIVM DOMINI AVGVSTINI BEROI BONONIENSIS.

IESV CHRISTI Redemptoris nostri prius implorato suffragio, ad declarationem dubiorum quæ cũ quadam facti narratione mihi transmissa fuerunt diuina concedente gratia deuenio.

¶Primum dubium proponitur. Vtrum ob incõuenientia & maxima scandala imminentia uitanda Papa de iure possit Immo teneatur statuere & prouisionem de nouo facere q̃ in causis Inquisitionum hereticæ prauitatis contra nouos Christianos seu quemlibet ipsorum ordo & modus procedendi alias ipsis/a Rege concessus uel alius diuersus q̃ a iure cõmuni requiritur, & secundum quod sanctitati suæ melius uidebitur sit seruandus.

¶Et q̃ Sanctitas sua hoc possit facere nemini dubium esse debet: quia ex quo modus & ordo procedendi dicitur introductus a iure positiuo uc3 Vel authoritate summorum pontificum Vel ex statutis sacrorum canonum & conciliorum: ut in. c. ut officium. c. contra Christianos: & per totum de hereticis. in. vi. & extra. eo. tit. clem. i. & per totum. eo. tit. Sequitur q̃ ad Papam spectat illum tollere mutare supplere & diminuere prout ipse uoluerit etiam absq; causa. Quia in his quæ sunt de iure positiuo Papa habet plenitudinem potestatis: & sufficit pro ratione uoluntas. iuxta. tex. in. l. qa poterat. ff. ad trebellia. c. proposuit. de concess. præben. §. sed & q̃ principi. instit. de iure naturali gentiũ & ciuili. l. i. ff. de constit. princip. Facit quod uoluit Ioan. de Imola. in. c. ad audientiam. il. ij. de rescriptis. & ibi Felinus & Innocen. & Abbas. in. c. cum ad monasterium: de statu monachorum. q̃ Papa etiam sine causa potest dispensare sup his quæ sunt de iure positiuo propter liberam potestatem quam habet sup illis quibus præest non autem subijcitur: ut habetur per Felinum. c. i. in. viij. colu. in. iiij. limitatione de constituit. Quoniam sicut sine causa & ad libitum suum Papa potest statuere & disponere super his quæ sunt de iure positiuo: ut in. l. pspexit. ff. qui & a quibus. c. si Romanorum. c. in memoriam. xix. distinct. Ita per suam solam uoluntatem potest dispensare.

¶Et dicunt Innocen in. c. magne. de uoto: & in. c. licet. de accusatio: & in. d. c. cum ad monasterium. & Ioan. and. in. c. per tuas. de simo. il. ij. q si Papa faciat seu statuat aliquid contra ius positiuum: cum ipse sit supra illud. d. c. proposuit. q̃ de hoc argui seu moneri non potest. Et isto modo intelligatur quod uoluit glo. in. c. quanto. de translatio. episcopo. q̃ in his quæ ipse Papa uult, est pro ratione uoluntas: Nec est qui ei dicat cur ita facis. §. ex persona: de peniten: d. st. ij. Ipse enim potest, supra omne Ius positiuum dispensare: & omnem ordinem Iuris positiui quo ad suum forum & quo ad ea quæ sunt de iurisdictione sua ut est crimen heresis potest tollere & alterare. Bal. in. l. eos. §. sup. C. de usur. glo. in clem. dispendiosam. de iudi. c. in causis. de re iudi: & ibi Abbas & Felin. & Angel. in. l.

princeps.ff. de legibus. Quia de iniuſtitia poteſt facere Iuſtitiam corrigendo & mutando iura: in illis enim habet plenitudinem poteſtatis. ¶ Et hanc poteſtatem habuit Papa ex trãſlatione ſacerdotij in ipſum facta. Chriſtus enim Dominus noſter qui habuit hãc poteſtatem ſoli beato Pietro Vicario ſuo & per ipſum ſucceſſoribus ſuis ſpeciali priuilegio illam tribuit & conceſsit. c. tranſlato. de conſtitut. iuncto. c. i. & d. c. quãto. de tranſlat. epiſco. ¶ Et tanta eſt poteſtas Papæ circa Ius poſitiuum: q ipſe poteſt ad libitum tollere ampliare, mutare illud non ſolum quo ad effectus futuros prout eſt de natura legis poſitiuæ: ut in. c. ij. de conſtitutio. l. leges enim. C. de legibus. Sed etiam quo ad effectus præteritos: ut eſt tex. in. c. fin. de de conſtitutio. & in. d. l. leges. bonus. tex. cum glo. in clem. i. de immunit. eccleſia. per Abbatem. in. c. per uenerabilem. in. iij. colu. qui filij ſint legiti. ¶ Item Papa habere dicitur celeſte arbitriũ circa iſta inferiora Iuris poſitiui: Et naturam rerum immutare poteſt, ſubſtantialia unius rei applicando alij & de nihilo aliquid faciendo. & de aliquo nihil: ut dixit glo. in. d. c. quãto. Faciũt quæ habentur per Petrum de anchara. in conſi. CCCCX.

¶ Et prædicta procedũt etiã ſi eſſemus in arduis: In quibus ſolus Papa ſine conſenſu Cardinalium poteſt ſtatuere & ius condere: ut examinant Docto. Felinus & Moderni. in Rubrica extra de conſtitut. Et ita ibi legendo ſolitus ſemper ſum ſequi hanc opinionem. Et eſt optimus tex. & ibi glo. in. c. ij. de cleri. non reſiden. Vbi Abbas tenuit unum quod eſt plus uidelicet q etiam non poſsit induci conſuetudo: per quam induceretur q Papa nõ poſsit agere ſeu facere ardua ſine conſenſu Cardinalium. Quia eſſet præſcribere contra ſupremam poteſtatem Papæ contra quam non ualet aliqua præſcriptio: ut uoluit Innocen. in. c. bonæ il. ij. de poſtulat. prælato. Et dicit glo. in cle. ad noſtram de hereticis q Eccleſia militans eſt ad inſtar triumphantis: Quia fuit diuinitus exemplata. ad inſtar triumphantis. Vnde ſicut in Eccleſia triumphanti eſt unus cui ſoli omnia obediunt. Ita & in Eccleſia militanti debet eſſe unus Vicarius Dei ut eſt Papa: iuxta quæ habentur in. d. c. quanto de tranſlatio. epiſco. qui præſit omnibus: & qui poſsit ſolus omnia etiam ardua explicare. Et ideo ſolus Papa ſine Cardinalibus poteſt deponere Cardinalem ut eſt tex. cum glo. in. d. c. ij. de cleri. non reſiden. ¶ Item ſolus deponit Imperatorem & Reges ex iuxta cauſa: Quamuis de honeſtate quãdoq super his congreget concilium: & hoc faciat quandoq de conſilio Cardinalium. tamen non tenetur. xv. q. vi. c. alius.

¶ Et hanc poteſtatem Papa in his quæ ſunt de ſua Iuriſdictione exercet in omnes gentes & in omnibus locis ut per Innocen. in. c. ſuper his. de uoto. exponẽdo illa uerba. Quodcunq ligaueris &c. Nam Papa habet poteſtatem nedum circa terreſtria cæleſtia & infernalia. Sed etiam ſuper Angelos bonos & malos: ut per Felin. in. c. i. in. ij. colu. de cõſtitutio. ¶ Et Vicario Chriſti omnis creatura eſt ſubdita. iuxta. illud Ioan. x. c. Fiet unum ouile & unus paſtor. c. fin. de baptiſ. abb. in. d. c. i.

¶ Sed circa crimẽ hereſis quod eſt mere eccleſiaſticum ſolus Iudex eccleſiaſticus habet poteſtatem. c. ut inquiſitionis. §. prohibemus. de hereticis in. vi. Ergo circa

hordinem

hordinem & modum procedendi super illo crimine cōtra omnes psonas seu contra aliquod genus personarum solus Papa poterit statuere, prouidere, & de nouo legem facere etiam ius antiquum positiuum & regulare corrigendo limitando, ampliando seu aliter disponendo prout uoluerit & sibi placuerit etiam absq; alia causa Quoniam in dubio in papa præsumitur iusta causa quando disponit quomodocūq; super his quæ sunt de iure positiuo not.in.c.ex orc.de priuilegijs. & in.d.c.proposuit.& ibi glo.Et habetur per abbatem.in.c. extirpāda.§.si uero.in.xx.colu.de præbendis.in.c.non est.de uoto.& in.d.c.cum ad monasterium.cum simil. allegatis per Eelinum.in.c.quæ in ecclesiarū.in xxiiij.colu.in.v.conclusione.Bal.in.l.rescripta.C.de precibus imperat.offeren.Alexan.in consil.lxxxvij.in.ij.uolu.in.xi.& in.xij.colu.

¶Ergo a fortiori Papa circa modum & hordinē pcedendi in causa heresis de nouo ex causa iusta poterit statuere & aliter disponere q̄ dispositū sit de iure communi. ¶Et iusta causa & necessaria censetur esse scandalum euitandum & bonum cōmune: ut pacis conseruatio: ut per abba.in.d.§.si uero.in.xij.&.xx.colu.& argu.tex.cum ibi not.per Abba.& alios.in.c.i.de noui operis nūciati.c.nihil cum scandalo:extra de præscriptio.Vbi Abbas & Moder.plene ponūr.c.q scandalizauerit & ibi glo.extra.de regu.iur.c.ut cōstitueretur.l.dist.c.dispensationes.c.exigunt.i.q.ult.& p Abba.in.c.quia circa de consanguinit.& affini.in notabilibus.

¶Et sic ex prædictis infertur q solus Papa poterit prouidere & statuere maxime stante iusta causa & ob euitandum scādalum quod contra nouos Christianos & præcipue contra illos qui coacti fuerunt & metu inducti ad baptismū alius modus & hordo q̄ a iure cōmuni requiritur seruetur: Tum quia hoc crimen est mere ecclesiasticum. ¶Et ideo eius cognitio & dispositio seu statuere super illo spectat ad solum ecclesiasticum & non secularem.arg.c.ij.de constitut.in.vi.iuncto.c.fin.de foro competen.in.vi. ¶Et hoc in terminis uolunt do.anto.Abbas.& alij.in.c.cum sit generale.de foro competenti.Dum quærunt de crimine heresis p tex.in.d.c.ut inquisitionis.§.prohibemus. ¶Tum quia ex quo per pontifices & cōcilia generalia datus fuit modus & hordo procedendi super crimine heresis: ut in.d.c.ut officium.in.c.fina.de hereticis.in.vi.& in clem.i.eo.tit.infinitis similibus.Ergo seqtur q hunc hordinem & modum procedendi nullus inferior potuit mutare alterare & corrigere Nisi conditor canonis qui est papa:ut in.c.i.& ibi Abbas.& Innocen.& omnes extra.de cōstitutio.glo.in summa.xviij.distin.& in.c.quod super his.per illum.tex.ubi Abbas & alij.de maio.& obedi. ¶Nā solus papa tollit iura prædecessoꝝ suorum.glo.in.c.nulli.de senten.excōmunicat.c.discretionem: & ibi Abbas.de eo qui duxit in matrimo.ill.quam.pcll.per adulte.c.fin.de rescript.in.vi.c.innotuit.de elect.cum simil. ¶Item solus corrigit limitat & emendat statuta in concilijs generalibus.Cum ipse sit supra concilium & non cōcilium super eo: ut in.c.nemo.c.aliorum.c.cuncta per mundum.ix.q.iij.clem.ne romani: & ibi not.iunctis his quæ ibi uolunt Cardina.& alij.de electio.

¶Et ita in terminis uoluit Felinus in.d.c.i.in.ix.colu.de constitutio.ibi.Amplia tertio.per glo.notab.in.c.ubi periculum.de electio.in.vi.in uer.concilium:& per plura alia quæ allegat.& Dominicus illam glo. multum cõmendat. Hoc idem uoluit Abb. in. c. significasti.in.ij.colu.de electione.& in.c.ex parte. de capellis monachorum.Faciunt quæ habentur in.c.si Papa per Docto.xl.distinct.& plura ordinat feli.in.d.c.i.in.ix.col.

¶Accedat dictũ notabile Innocen.in.c.dudum.de electione.il.ij.ad finem. Qui dicit ꝙ non licet disputare de statutis dispositis seu dispensatis a Papa contra ius cõmune positiuum.Quia ubi Papa dispensat super ꝓhibitis, a solo iure positiuo sufficit sola uoluntas ipsius pro causa.Felini in.c.ad audientiam.il.ij.in uersiculo nihilominus. de rescriptis & ibi Ioan.de Imola.qui dicit.Papam tunc esse tutum etiam quo ad Deum:quia libere potest dispensare in omnibus quæ sunt de iure positiuo: ut colligi͂ ex his quæ plene refert Feli.in.c.quæ in ecclesiarum. ubi allegat. infinitos Doct. extra. de constitutio.circa principium. & etiam in xix.&.xx.colu.cum sequen:Vbi examinat An papa possit disponere & dispensare contra Ius diuinum naturale & gentium:Et ibi concludit ꝙ contra Ius diuinum naturale & gentium non possit absq; iusta causa exprimenda: ut habe͂ etiã per Felin.in.d.c.ad audientiam.Sed contra Ius positiuũ possit simpliciter absq; iusta causã uel saltem illius expressione.Quia in eo sufficit uoluntas pro ratione & uoluit glo.in.d.c.quanto.de translatio.episco.& in.d.c.ad audientiã:& in.d.c. cum ad monasteriũ: & ibi Innocen.& alij. ¶Et dicit Bal.in consil.ccccxxxvi. in.iij.lib.ꝙ Papa nulla causa adiecta potest dispensare ꝙ Consanguinei in quarto gradu possint contrahere salua conscientia. Quia iste gradus non est lege diuina sed canonica positiua prohibitus.c.literas.de restituit.spoliato.c.non decet de consanguinit.& affinit.

¶Nec obstat ꝙ papa sine causa non dispenset.c.non est cum glo. de uoto. cum simil. Quia respondet Bal.ꝙ suprema potestas & authoritas quam habet papa super Ius positiuum Canonicum dicitur esse loco iustæ causæ cũ ipse sit lex animata in terris.Et quodcunq; ligauerit &c.ut in prin.& in.c.in nouo.xxi.dist.Innocen.in.c.quod super his.de uoto.Et dubitans de potestate Papæ circa authoritatem liberam legis condendæ dicitur hereticus & dubitare dicitur de fide catholica: & sacrilegus est censendus.l.disputari.C.de crimine sacrilegij. Et est glo. notab.in.c.generali.de electione.in.vi.per. tex.in.c.nulli fas.xix. distin. & ibi est glo.ꝙ qui denegat papam posse libere legem condere dicitur hereticus. & uiolator canonum.c.uiolatores.xxv.q.i.

¶Faciunt quæ habentur per Abba. in. d. c. proposuit. Vbi uoluit ꝙ papa in his quæ sunt de iure positiuo possit disponere & dispensare etiam super his quæ concernunt uniuersalem seu generalem statum ecclesiæ cum causæ cognitione. Et sic cum causa iusta ipse potest illa mutare & dispensare & maxime quando hoc nõ faceret seu nõ disponeret uniuersaliter sed particulariter in uno casu seu respectu certi loci aut certi generis personarum prout factum fuit in casu. c. fina. extra de diuortijs & in.c.quædam lex.xxxv.q.iij. c.ad sedem.xxxv.q.v.Nõ. n.

debet reprehensibile iudicari si secundum uarietatem temporum statuta quãdoq; uarientur humana presertim,cũ urgens necessitas uel euidens utilitas id exposcit. Quoniam & ipse Deus ex his,quæ in ueteri testamento statuerat nonnulla mutauit in nouo,c.non debet,de consanguinit.& affinit. ¶ Et ideo hoc etiã debet dici licitum Papæ eius Vicario,a quo Ecclesia militans regitur & gubernaẽ. Alioquin Deus non fuisset diligens & bonus pater familias,si non dimisisset in terra & in Ecclesia militãti aliquem,qui eius loco solus posset ea quæ ipse Deus potest in Ecclesia triumphanti:ut per Innocen.in.c.ad apostolice.de re iudi.in.vi.& in.d.c.quanto.de iure iuran.& de translatio episco.& in.c.quod super.his.de uoto: & in.d.c.per uenerabilem.qui fil.sint legiti.Iunctis his quæ uoluit glo.in clem.ad nostrum.de hereticis.& Abbas.in.d.c.ij.de cleri.non resid.

¶ Et causa iusta dispensandi & mutandi Ius antiquum & cõmune,est scandalum euitandum.d.c.nihil cum scãdalo.de præscriptio.c.ij.cum ibi.nota.de no.oper.nũtiat.Abbas in.d.c.extirpande.§.si uero.in.xij.colu.& etiã.in.xx.de præbendis.

¶ Item ex tempore ex loco & ex persona licitũ est Papæ disponere & statuere aliter ꝙ a iure cõmuni statutum & dispositũ reperitur: ut not.in.c.i.in glo.i.de constitutio & habetur.in.c.necesse & ibi per totum.xxix.distin.ubi glo.exemplificãt. Et ideo anglicis fuit cõcessum,ut inter se possent cõtrahere matrimoniũ in quarto gradu.d.c.quædam lex.xxxv.q.iij.& in.d.c.ad sedem.xxxv.q.v.

¶ Item ꝙ possent retinere uxores fratrum cum quibus post mortem fratris contraxerunt: ut in.c.fin.de diuortijs,quod dicitur de iure cõmuni inhibitum.d.c.non debet.cum simil.

¶ Et sic ex prædictis & ex multis alijs,quæ adduci possent concludendũ esse arbitror:ꝙ Papa possit dare nouum modum & hordinem procedendi in causa heresis contra nouos Christianos Portugalliæ,tam ratione euitandi scandali,ꝙ ratione temporis loci & personarum.Quia propter scandalum recedendũ est a dispositione iuris positiui.d.c.ij.de no.ope.nũtiat.Abbas in.c.quia circa.in.i.not.de consangui.& affinita.

¶ Sed maius dubium est,an ipse Papa teneatur,non necessitate præcisa sed causatiua uidelicet ad euitandum periculum animæ suæ & peccatum prouidere de nouo hordine & modo procedendi ut supra.

¶ Et præsuposito prout mihi præsuponitur in facto ꝙ in conuenientia & scãdala oriri possint prout in præteritum horta fuerũt: procedendo cõtra ipsos nouos Christianos secundum modum & hordinem iuris cõmunis seu Bullæ apostolice ut supra super hoc concessæ,Credo omnino concludendum esse ipsum Papam teneri de nouo remedio & auxilio circa modum & hordinem procedendi super heresi contra nouos Christianos prouidere.Et si suæ sanctitati placebit Quia sic cognoscat scandala & inconuenientia posse euitari,poterit statuere ut seruetẽ modus & hordo alias concessus a Rege ex suo priuilegio & decreto,Vel alius illi similis.

¶ Et ꝙ Papa teneatur sub periculo animæ suæ & non prouidendo dicatur peccatum mortale incurrere ostendi potest,Quia ubicunq; Papa uidet scãdalum &

periculum animarum seu boni publici imminere. Tūc si ipse sit negligens & non attentus ad obuiandum scandalo & inutilis & remissus in suis operibus & insuper a bono cōmuni taciturnus, q̄uis a nullo mortalium possit redargui, tamen mortaliter peccat, & a Deo in alio seculo iudicabitur & grauius punietur q̄ alius. c. si Papa, xl, distin, & per Abba, in, c, extirpandæ. §. si uero in, xx, colu, de præben dis, Christus enim illum constituit super familiam suam: ut esset prudens & fidelis pater familias, Qui haberet dispensare secundum necessitates subditorum: & ut haberet intuitum rationis & boni uniuersalis: Alioquin non diceretur prudēs & diligens dispensator ut debet esse: sed dissipator iuxta, illud lucæ. xij, c, quis pu tas fidelis dispensator & prudens: quē constituit dominus super familiam suam &c. Infidelis autem dispensator est qui non habet intuitum rationis & boni publici: Et ideo si Papa sit negligens uel remissus in occurrendo scandalis & in non ꝓuidendo bono publico grauiter dicetur peccare: ut per Abba, in, d. §. si uero, in, xij, &, xx, colu, per tex, in, d. c, si Papa.

¶ Item propter scandalum hoc est propter multitudinem delinquentium ueritas & hordinatio iuris positiui obmittēda est, Cardina, in clem, i, in, i, q, de immunitat, ecclesia, & ibi Ioan, de Imo, Et ita limitari potest tex, in, c, qui scandalizauerit, extra de regu, iur, ubi est bona glo, & glo, in, c, ij, de tempo, ordi, cum simil, supra allegatis.

¶ Quando āt dicatur scandalum imminere colligitur ex his quæ uolūt, Hostien, in summa, de peniten, & remiss. §. pen, uers, Est autem scandalum, Domin, in, c, licet, xlv, distin, & in, c, i, in, i, colu, uers, Quæro, de offic, lega, in, vi, Cardin, post Paul, in clem, i, in, i, colu, de offic, ordi, Archidia, in, c, prima, de consecrat, distin, ij.

¶ Nam scandalum oriri diceretur quando inter aliquos seu inter multitudinem scandit, hoc est oritur dissensio seu pugna seu cōmotio subita: ut habetur per beatum Thomam, ij, ij, q, xliij, Qui dicit q̄ scandalizare est præbere ruinam dicto uel facto, Dicit etiam Oldradus in consil, ccxlvij, q̄ scandalum est factum uel dictū minus rectum præbens causam ruinæ, Et sanctus Thomas, ij, ij, q, c, xlij, articulo, i, in fine inquit q̄ propter scandalum multitudo non punitur & sic recedi tur a ueritate & hordine iuris positiui: ut per Ioan, And, & dominicū in, c, fœlicis, in, vij, colu, de pœnis, in, vi, & latius dixi supra.

¶ Sub periculo ergo peccati mortalis Papa prouidere debet ne sequatur scandalum: Alias si fuerit negligens grauiter dicetur peccare, d, c, si Papa, cum alijs allegatis: & iuxta, illud necesse est ut ueniant scandala, Væ tamē illi ꝓpter quem.

¶ Ergo in casu nostro propter scandalum & periculum uitandum, Papa tenetur sub periculo animæ suæ prouidere ut alius modus & hordo ꝓcedendi & inquirendi de heresi contra nouos Christianos seruandus sit arg, tex, in cle, ij, de penit, & remiss. ¶ Et si sanctitati suæ placebit poterit statuere ut seruet idem hordo & modus uel similis illi quem alias concessit Rex per suum priuilegium, Quoniam cum istud sit de his quæ a iure positiuo dependent, Papa dicetur habere liberam potestatem: ut dictum fuit supra.

¶ Præterea papa peccat si Iustitiam denegat, Cardina, in clem, ij, de re iudi, Et

prouidere

prouidere tenetur oppressis.c.siquis.xiij.q.ij.c.ex parte.de foro competēti.Abbas in.c.ea.quæ.in.i.colu.de.re.iudi.

¶Item tenetur prouidere ubi uidet scandalum imminere: & ubi uidet scandalū oriri posse ipse potest detrahere seueritati:ut habetur & not.in.c.ex ore.de priuilegijs: & plene in.d.c.nihil cum scandalo.de præscriptio.per Felinum & alios:& in.c.ij.de no.oper.nunciat.

¶Et ex prædictis infero, ꝙ Papa poterit statuere & disponere etiam inuito Rege, de cuius dici potest agi præiudicio, ꝙ in casibus in quibus noui Christiani conuincentur & condemnabuntur de heresi,eorum bona non sint cōfiscanda nec publicanda,sed filijs & consanguineis seruanda,quamuis de iure cōmuni & secundum eius rigorem secus dici possit: iuxta tex.in.c.cum secūdum, de hereticis in.vi.& per glo.in.c.cōtra Christianos.eo.tit.Nam cum hæc sit pœna a canone & iure positiuo imposita,ut in locis allegatis, sequitur ꝙ cōditor canonis ad quem spectat prouidere & statuere super huiusmodi crimine heresis & super illius pœna & non ad secularem poterit hāc pœnam tollere augere & minuere:per ea quæ habent̄ p Docto.in.d.c.cum sit generale de foro cōpetenti:ubi do.Anto.& Abb.siculus: & prout secundum diuersitatem temporum reperitur sæpius fuisse prouisum ab ipso Papa mutando & augendo pœnam contra ipsos hereticos ut colligit̄ ex his,quæ uoluit glo.in.d.c.cōtra Christianos & ibi Archidia. & Domin. iuncto tex.in.c.iudei.i.q.iiij.& in.c.plerique.de consecratio. distin.iiij.& iuncto.d.c.cōtra Christianos.cum ibi not. Cur & hodie Papa non poterit idem facere? Et si augere alias potuit pœnam, cur etiam nō poterit illam minuere? cum ista sint iuris positiui: super quibus Papa dicitur habere plenitudinem potestatis ut supra & arg.eorum quæ dicūtur de augumento & diminutione legitimæ filiorum: propterea quia augere & minuere illam dicitur esse de iure positiuo, Et ideo concluditur illam a legislatore & statuto posse augeri & minui prout sæpe alias reperitur aucta & minuta:ut habetur.& not.& ibi Docto.plene.in aut.nouissima. C.de inoffi.testamento & per Paul.de cast.in.l.ticio centum.§.titio genero. ff. de condit.& demonstratio.

¶Et in casu quo sic pœna bonorum per Papam remoueretur ut dictū fuit,Rex conqueri non posset, nec ob hoc posset dicere, sibi damnum & præiudicium irrogari. Tum quia diuersa sunt nec par eademque ratio uidetur esse debita amittere, & lucra non capere.l.fin.C.de codicil.Tum quia ex quo Rex hoc habet a lege canonica positiua.d.c.cum secundum:& in.c.excommunicamus de hereticis.Sequitur ꝙ hoc non potest dici sempiternum & immutabile,sed mutabile prout uidebitur conditori Canonis qui potest secūdum uarietatem temporum mutare statuta humana & iura canonica positiua ad libitum tollere.c.non debet.de cōsanguinit.& affinit. ☞Et sic sumus in casu in quo eius est tollere cuius est condere: ut.c.ij.&.c.fin.de constit.l.fin.C.de ligibus.& patet ex prædictis. Nam ipse non ligatur lege sua, nec prædecessoris:glo.in.c.nulli.de sententia:excōmunicationis & in.c.si aliquē.eo tit.& in.c.statuimus de senten.excommuni.in.vi.c. fin.de rescript. in.vi.c.innotuit.de electio. ☞Et quia Iudicio meo istud in se nō habet mul

B

tum difficultatis ideo aliter non insisto. Quia omnis res per quascunq; causas nascitur per easdem dissoluitur.c.i.extra de regu.iur.

¶ Sed plus dico q; Papa potest prouidere & statuere q; bona illorum qui iã fuerunt conuicti & condemnati de heresi:& quorum bona iam fuerũt fisco applicata & publicata restituantur filiis & consanguineis Christianis & qui a fide Christiana non deuiarunt: Quamuis posset isto casu dici hoc fieri in damnũ & praeiudicium Iuris iam quaesiti ipsi Regi & fisco: Tum quia conditor Canonis põt legem suam cõdere & illam tollere nedum quo ad effectus futuros sed etiam quo ad effectus praeteritos quando hoc est expressum & quando ita uult.c.fin.extra. de constitutio.l.leges.C.de legibus.tex.cum glo.in clem.i.de immunita.ecclesia. Abbas in.c.per uenerabilem: qui fil.sint legiti.in.iiij.colu.

¶ Quod suadetur euidenti ratione.Nam concludunt Doctores cõmuniter tam legistae q; Canonistae: q; postq; quis est damnatus de crimine:& postq; bona fuerunt realiter acquisita fisco & publicata,Princeps ad quẽ spectat statuere potest damnatum de crimine restituere etiam ad bona quae erant etiam alteri acquisita quando hoc uoluit & expressit: ut habetur per Barto.Bal.& omnes & ibi salice.in .l.fin.C.de senten.passis.& ibi per totum,per Barto.Alexan.& omnes Modernos in.l.gallus.§.& quid si tantum.post glo.ff.de libe.& posthu.& per Bal.in.c.i.in princ.hic finitur lex.Nam Papa potest parcere cui uult.c.deniq;.yi.q.iij.Itẽ põt Ius unius auferre & alij conferre.glo.in.c.ecclesiae.xyi.q.i.Et i dubio praesumit fecisse ex iusta causa: Quia princeps philosophia plenus nihil imperfectum disponere nec dimittere dicitur.

¶ Et quo ad bona quae non exiuerunt fiscum & nondum ad tertium transiuerũt ex noua causa non est dubium q; Princeps hoc est Papa potest dãnatos restituere quo ad bona etiam per uiam gratiae Quia per restitutionem factã causa acquisitionis illius redit ad non causam,ut declarat Bal.in.d.l.fin.in.iij.colu. ¶ Sed quo ad bona quae in alium tertium fuerunt translata ex noua causa restitutio facta p uiam gratiae nihil operatur: Sed restitutio quae procedit per uiã iuris scripti operatur & ad illa extenditur si princeps uelit,ut singulariter uoluit Bal.in.d.l.fin.in fin.ij.colu.ibi sed contra oppono:& ibi assignat rationem: Faciunt quae posuit do.Cardina.in consil.lxxxyi.Dominus Nicholaus &c. ¶ Ergo Papa per uiam legis suae poterit prouidere in loco ut etiam bona iam in fiscũ Regis translata & etiam tertio iam quaesita restituantur filiis & consanguineis damnatorum.Faciũt notata per Bal.in.l.fina.C.sentent.rescin.nõ posse i uers.Sed imediate oppono. Vbi concludit q; illud ius & dominium quod acquiritur ex sentẽtia & immediate ex legis posituae dispositione.q; princeps potest illud etiam iam quaesitum tollere & alteri applicare.

¶ Et ideo Angel.in.l.lutius.ff.de euictio.dicit q; princeps potest auferre rẽ acquisitam ex praescriptione etiam sine causa. Quia talis modus acquirẽdi inductus fuit ab eo & a iure positiuo.Et ideo per eũ potest auferri etiam sine causa. Facit quod uoluit Angel.in.l.anthiocensium.ff.de priuileg.credi.Sed poena bonorum acquisita fisco propter crimen heresis dicitur acquisita de iure positiuo & ex di-

ſpoſitione & lege Papæ.d.c.excommunicamus &.d.c.cũ ſecundũ. Ergo a Papa etiã ſine cã poterit etiã poſt ius fiſco quæſitum illud auferre.

¶Præterea omne ius & etiam dominium quod eſt de iure gentiũ maxime quãdo fuit quæſitum alicui tertio per modum introductum de iure poſitiuo indiſtincte tolli poteſt ex iuſta cauſa,ut omnes fatentur ut late habetur per Felin. & alios poſt Innocent. do.Anto.Abbatem.& Modernos in.c.quæ in eccleſiarum. de conſtitutio.in.l.fina.per Barto.C.ſi cont.ius uel util.publi. Et eſt dictum notabile Barto.in.l.quæcunq;.C.de fide inſtrument.& iure haſtæ fiſca.li.x.glo. in.l.barbarius.ff.de offit.præto.Felin.in.d.c.quæ in eccleſiarum in.x.&.xi.colu. per Bal.in.l.reſcripta.C.de preci.impe.offeren.

¶Et cauſa eſt propter uitandum ſcandalum ut ſupra dictum fuit. Ergo in caſu noſtro.cum immineant ſcandalum & aliæ iuſtæ cauſæ. Sequitur q; papa poteſt tollere hoc ius iam quæſitum Regi & eius fiſco.

¶Et bene conueniunt prædictis ea quæ uoluit do.Alexan. & ſequitur dominus & præceptor meus dñs Bartholomeus Sozinus.in.d.l.gallus.§.& quid ſi tantum q; poſt ius quæſitum etiam tertio princeps poteſt reſtituere iudicatos de crimine etiam ad bona fiſco.& tertio quæſita: quando reſtitutio fieret in pleniſſima forma cum clauſula,q; tali reſtitutioni non poſſit opponi bannũ nec publicatio nec q; ius fuerit alteri realiter quæſitum: ut per Archidia.& Ioan.de Imola.in.c.quia diligenti.de elect.

¶Et ad propoſitum facit ratio quam in ſimili poſuit Barto.in conſil.clxxxvij. incipiũt.Domini priores &c.& refert Abbaſ.in.c.ecclẽſia ſanctæ Mariæ.de conſtitutio.in.xxiiij.colu.Et ita in terminis hæc uoluit Cardina.in.c.quia diligentia. de electione.Faciunt quæ habentur per Petrum.de ancha.in conſil.cccc.Et do. Areti.uoluit etiam in.d.§.& quid ſi tantum.reſtitutionem ut ſupra ualere quãdo facta fuit ob commune bonum, Et conſequenter propter bonum pacis quod dicitur eſſe bonum cõmune, licitum eſt recedere a regulis iuris ut arg.c.i.cũ ibi not. de tregua & pace:& per do.Abba.in.c.quia circa.de conſanguini.& affinit. Vbi ſcandalum & ratio pacis cõſeruandæ inter gentes dicitur eſſe iuſta cauſa diſpenſandi & faciendi gratiam contra ius commune ut ibi & dictum fuit ſupra Allegat Baldum Aretinus in ex trauaganti.de pace conſtantiæ:in uerbo priuilegia.ubi loquitur de rebellibus reſtitutis propter pacem:Et idem uoluit Bart. in. d.l. quæcunq;.Optime faciunt quæ habentur per Bal.& Ange.in.l.bene a Zenone. C.de quadrien.præſcriptio.Et eſt tex.quem ad hoc ponderat Abbas in.c.i.in princ. extra de parrochijs.

¶Non obſtant ea quæ uoluit Innocen.cum quo uidentur alij pertranſire. in.c. in noſtra.de iniur.& dam.datiſ.& declarat Petrus de ancha.in Regula peccatum de regu.iur.in.vi.Vbi propter pacem & ſic propter publicã utilitatem non poteſt ſuperior in capitulis pacis remittere damna illata ſubditis nec res priuatorũ quæ fuerunt ablata iniuſte.

¶Quia ſecundum præfatum inſignem præceptorem meum Sozinum:in.d §. & quid ſi tantum,poteſt ſaluari primum dictum, quando aliter pax haberi non

posset. secundũ Petrum. de anch. in loco allegato: & fuit dictum hostiensis. in tit. de pœnitent. & remiss. in sua sũma. in. § quibus & qualiter in pen. col. Secus si pax aliter haberi posset: quoniam tunc procederet dictum Innocentij.

¶ Vel forte melius responderi potest ultra alios, q aut loquimur de bonis & rebus ipsius damnati de crimine acquisitis fisco & sic ex dispositiõe legis positiuæ: Et tunc procedat primum dictum q possit fieri restitutio quo ad illa bona etiam realiter quæsita fisco seu alteri propter uitandum scandalum & propter bonum publicum, hoc est propter bonum pacis. Et ita procedat dictum Aretini. & aliorum. Et rõ esse potest quæ colligitur ex his quæ supra dixi. post Bal. in. d. l. fina. C. de sentent. pass. & in. d. l. fin. C. senten. rescin. non posse. & Angel. in locis allegatis. Aut loquimur de bonis & rebus priuatorum quæ erant ipsorum de iure gentium quibus ipsi fuerunt priuati & in quibus fuerunt damnificati: Et tunc restitutio nec pax potest fieri cum remissione illorum bonorum & damnorum: Quia sic magis fieri diceretur. contra ius naturale & gentium. Et ita procedat dictum Innocentij Nam pro consequendo pacem superior nõ potest remittere res subditorum ablatas. Quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ. d. c. peccatum. cum simil.

¶ Et ex prædictis infertur, q Papa in dubitanter de iure ex potestate quam habet & sibi Deus attribuit iuxta. tex. in. c. i. & in. c. quanto. de translatio. episco. cũ. ibi not. iunctis alijs de quibus supra, potest restituere ẽt nouos Christianos damnatos de heresi non solum ad famam honores & dignitates, sed etiam ad eorum bona, quæ essent iam publicata & fisco applicata, quin immo tertio quæsita maxime existente iusta causa uidelicet scandali euitandi & pacis conseruãdæ in qua consistit bonum publicum etiam inuito Rege & cõtradicentibus his quibus bona illa fuissent etiam ex noua causa quæsita: ut colligitur ex his quæ uoluit Felinus post alios in. d. c. quæ in ecclesiarum. in. xx. colu. in uersiculo Primus est &c. Et ex his sunt expedita illa super quibus consultus fui. Laus Deo optimo maximoq. Amen.

Vt supra dictum & cõclusum est dico & consulo Ego Augustinus Berous. I. Vt. Doct. Bononiensis iura põtificia de mane in almo patriæ meæ Gymnasio publice interpretans In quorum fidem ac testimonium hic me subscripsi signumq consuetum apponi Iussi Iudicio saniori semper saluo.

Diuino Implorato presidio uiso & mature cõsiderato cõsilio excellentissimi domini Augustini supra consulentis, idem q supra conclusum fuit dico esse uerum & de Iure ego Philipus decius Mediolanensis. V. I. Doctor hic senis iura ciuilia de mane legens & in fidem manu propria me subscripsi & solitum sigillum apposui saluo semper Iudicio saniori ad laudem Dei Omnipotentis.

Consilium Domini Augustini Beroi Bononiensis.

DOMINUS labia mea aperiet:& os meum annuntiabit ueritatem. Visis diligenter ac mature consideratis omnibus his quæ in narratione facti pro firmo præsuponuntur, ad discussionem eorum super quibus consilium petitur Deo duce descendo.

¶ Et primum dubium se offert An Iudei baptizati & de nouo conuersi ad fidem Christi his modis de quibus in themate mihi exhibito præsuponitur teneantur fidem Christianam seruare, cum a die baptismi & conuersionis iamdiu: hoc est per triginta annos & ultra ipsi tacuerint & non contra dixerint: quinimmo actus ad Christianos pertinentes sæpe & sæpius exercuerit, & consequenter ratificasse & tacite approbasse uideantur.

Et primo pro parte negatiua ꝙ non teneantur nec cogi possint illam seruare argumentatur multipliciter.

Et imprimis. Quia habetur in.c.sicut iudei extra de iudeis.ꝙ nullus inuitos uel nolentes iudeos ad baptismum uenire compellat, quippe fidem Christi habere non creditur qui ad christianorum baptismum non spontaneus sed inuitus cogitur peruenire. & cum canon ille utatur uerbis uniuersalibus negatiuis uidetur nullam personam excipere, Sed omnes tam principes q̃ Reges comprehendere: quia uerba uniuersalia negatiua magis negant q̃ uniuersalia affirmatiua affirment: ut habetur per glo.in.l.alienatum.§.donationis.ff.de uerbo. significati. per do. Anto.in.c.cum dilectus.in.ix.colu.de consuetudi. Bald.in.c.i.in princi.in ulti.colum.de prohibi. alienat.feu. per federi.& dicit do. Anto.in. d.c.sicut iudeis ꝙ beneficium Christianitatis & baptismi non confertur in inuitum sed tantum in uolentem, quia fides quæ in mera uoluntate & animo cõsistit debet creari in libera uoluntate & non coacta. & dicit Hostieñ. in summa de Iude. in.§ & in quibus grauantur ꝙ Iudei ad fidem christi inducendi sunt blanditijs rationibus & authoritatibus, non autẽ minis nec uerberibus nec uiolentijs, quia coacta seruitia non placent altissimo. c.uides.xxiij.q.6. Et quicunq; aliter agunt & Iudeos sub hoc uelamine a consueta ritus sui uoluerint cultura remouere: suas illi magis q̃ Dei causas probantur attẽdere ut habetur in.c.qui sincera.45.dist.

Secundo faciunt quæ habentur in.c.de iudeis.45.distin. Vbi in concilio Toletano statutum esse legitur, ꝙ Deinceps post decretum illud Iudeis ad credendum non est uis inferenda: cui enim uult Deus miseretur, & quem uult indurat: non n. Iudei inuiti saluandi sunt sed uolentes ut integra sit forma iustitiæ, quia sicut

homo propria arbitrij uoluntate serpenti obediens perijt, sic uocante se gratia Dei propria mentis conuersione quisq; credendo saluatur. Ergo nō ui sed libera arbitrij sui uoluntate & facultate ut conuertantur suadendi, sunt autem impellē di qui autem iampridem ad Christi unitatem coacti sunt sicut factum est temporibus religiosissimi principis Zizebuti, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos & baptismi gratiam suscepisse & chrismate unctos esse & corporis Domini extitisse participes oportet ut fidem quam etiam ui uel necessitate susceperint tenere cogantur, ne nomen Domini blasfemetur: & fides quā susceperint uilis ac contemptibilis uideatur, ut ibi: ex quibus satis clare infertur q̄ Iudei qui per uim seu metum coacti ad fidem Christi post illud decretū conuersi sunt non tenentur nec cogi possunt fidem quam suscepērūt tenere nec seruare authoritate illius concilij quod solum arctat illos fidē seruare qui ante illud concilium inuiti & coacti fuerunt authoritate etiam Regis & principis baptismum suscipere. Ergo coacti post illud decretum etiam a Rege & principe non dicentur astricti fidem seruare: ut ibi expresse colligitur, & in simili facit quod habetur in.c.fin.de diuortijs, ubi tolerantur hi qui contraxerunt cum uxoribus fratrum post illorum mortem ante dispositionem illius canonis, prohibentur autem sic contrahere post illius editionem.

Tertio facit: Nam nullus inuitus fit bonus: quia nullus cogendus est ad id, ad quod inutiliter cogitur: ad bonum autem & sic ad baptismum quisq; inutiliter cogitur: cum Deus aspernetur coacta seruitia, iuxta illud, Non accepistis spūm seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo damnatus &c. ex quibus uerbis datur intelligi q̄ si in ueteri testamento timore pœnæ homines cogebātur ad bonū tamē ī nouo testamēto sola libertate & delectatione iustitiæ sunt inuitandi ad fidem unde illi dicuntur serui & filij ancillæ pertinentes ad Israel. Isti dicuntur liberi & filij liberæ pertinētes ad Isaac: ut habetur in §. sed obijcitur. xxiij.q.6. & facit quod legitur in epistola Ioannis timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē & rel. qua. Quicūq; enim ad bonum cogitur solo timore non amore ducitur, ergo Iudei inuiti ad baptismum induci non possunt.

Quarto facit tex. in.c. ad fidem. xxiij.q.5. qui textus assumptus est ex libro Augustini contra Petilianum. ubi dicitur q̄ ad fidem nullus est cogendus, nam benefacere nemo potest nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera uoluntate. ergo Iudei qui coacti & inuiti baptismum susceperunt fidem seruare non tenētur.

Quinto si Iudei inuiti possent compelli ad baptismum sic posset totaliter tolli secta Iudeorū. & isto modo irritaretur & falsum redderetur quod habetur Esaie c.i. Reliquiæ israel saluæ fient: & Hieremiæ. c.iij. In diebus illis saluabitur Iuda: quod non est dicendum: ut per glo. in.c. iudeorum filios. xxiij.q.i. præterea religioni Christianæ contrarium esse uidetur ut semper inuiti & penitus contradicentes ad recipiendam & seruandam fidem Christianam aliqui compellantur: quia sicut homo libera uoluntate perijt: ita libero arbitrio conuertantur: ut dicitur in.d.c. maiores, cum glo. in uerbo contrarium de baptismo.

Et si

Et si diceretur q ex taciturnitate longissimi temporis,& ex actibus postea sæpius factis & iteratis post baptismum censetur metus purgatus & consequenter baptismus approbatus & tacite confirmatus taliter q etiam hi qui iuiti & coacti dicuntur baptizari tenentur & coguntur fidem,quam etiam ui uel necessitate susceperunt tenere & seruare. Ex quo ex post facto per multa tempora & per multos iteratos actus conuenientes ueris Christianis,baptismum & fidē Christi uidentur approbasse & ratificasse: ut de hoc uidetur tex.notabilis.10. d.c.de iudeis.45. distinctio. & in. d. ca. maiores de baptis. in uersic. Quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos & baptismi gratiā suscepisse & chrismate unctos esse & corporis domini extitisse participes oportet ut fidem quā etiam ui uel necessitate susceperunt tenere cogantur &c. Ad idem optimus text.cū glo.in cap.constat.i.q. i. facit quod uoluit Bald.in.l.i.C,quod metus causa. ubi si post metum illatum seu post actum factum per metum,secutus est actus ex interuallo tendens ad approbationem actus præcedentis,tunc actus ille censetur approbatus confirmatus & ratificatus & metus purgatus,secus si in continenti post interuenisset actus approbatorius arg.not.in.l.i.§.quæ oneranda.ff.quarum rerum actio non detur cap.i.cum ibi not,quod met.cau.l.nam & seruus. in princip.ff.de negoc.gestis.probatur in.l.interpositas,C.de transactio.& per Innocen.in cap.causam.de offic.delegati: bene facit quod notat. Barto. in.l. i.§.diuus.ff.de questio.& ange.in.l.ij.C.de custo.reorum.ubi ad hoc ut confessio facta in tormentis dicatur ratificata debet fieri ex interuallo & non incontinenti. accedat quod consuluit Calda.in consi.ij.super titu.quod met.cau.ubi matrimonium contractum per metum non intelligitur ratificatum ex contractu dotis facto ex post facto in continenti secus si ex interuallo:ut per Alexan.in consi.xcix.in.iij.uolumi.circa finem.

Accedat quod habetur in.l.ij.& ibi Bald.C.quod met.cau.ubi metus qui interuenit in contractu purgatur ex solutione postea facta. faciunt quæ ponit Bald. in consil. ccxl. incipi.Donatio facta.in .i.uolumi.Alexan.in consil.127.uiso instrumento.in.5.uolumi.in.i.colum.domin.in consi.xxiiij.quia diffuse.in. i. colu. Tamen istis non obstantibus contrarium est dicendum. Quoniam durante & subsistente uerisimiliter eadem causa metus nunquam metus cēsetur purgatus, ut uoluit Bald.in.d.l.ij.C.quod met.cau.sequitur Alexan.in consi.48.in.iiij.uolumi.& do.andr.siculus in consil.liiij.in.xiiij.colum.in.i.uolum. & ad propositum optime facit quod in simili uoluit Bartol. in. l. si ob turpem. ff.de condi. ob turpem causam.ubi durante matrimonio censetur durare eadem causa metus in uxore.

Optime inseruiunt not.per Abba.in cap.accedens.de procurato.in.iij.notabili. & per Barto.in.l.qui in carcerem.ff.quod met.causa.ubi dum quis est in territorio superioris & relaxantis non dicitur esse in libertatem,cum adhuc possit retineri.Item donec quis habet custodem:& non potest ire quo uelit censetur esse in

carcere & consequenter metus durare:ut habetur etiam per Cinum in.d.l.ij. C. quod met.cau.&c.

Corroborantur prædicta quasi in terminis ex his quæ uoluit Petr.de Ancha. in consil.ccxcix.in ultim.colum.ubi satisdatio facta per metum in Ciuitate Parmæ non habet locum quamuis postea ex interuallo executio facta fuerit in loco subiecto illi qui metum intulit, quia censetur perdurare eadem causa metus. faciunt quæ habentur per do.Cardin.in consil.137.Redemptoris omnium qui est Rex regum:& per Caldarinum.in consi.i.in titul. quod metus causa. ubi si mulier ingressa fuit monasterium per metum quamuis in monasterio steterit per plures annos non propter hoc censetur metus purgatus:bonus text.in cap.accedens.de conuersio.coniugat.& ibi Abba.not.illum text.circa finem.

Plura alia possent adduci quæ ponit Andre.siculus.in dicto consilio.liiij.in.xiiij colum.cum sequenti & do.Areti.in consilio.xiiij.uiso & diligenter &c. in.x. colum.uersicul.sed restat &c.& plenisisme habentur per do. Philippum Decium in consil.ccxix.uiso puncto.in.iij.&.iiij.colum.

Sed stantibus his quæ in casu nostro in puncto præsuponuntur, uidelicet ꝙ ex mandato & præcepto Regis Iudei fuerint detenti & inuiti baptizati, & ꝙ ex postfacto denegata fuerit nauigatio per prius concessa. Item stante banno & proclamate penali & ꝙ nullus de nouis Christianis posset exire regnum sequitur ꝙ dicitur durare idem metus,cum durare dicatur eadem causa metus.Quia omnia quæ facta fuerunt ab illis qui inuiti baptizati fuerunt post baptismum uiolentum & meticulosum facta censentur durante eadem causa & eodem timore Regiæ maiestatis.Ideo non impediunt quin adhuc posiit dici baptismum non tenere nec confirmatum nec ratificatum fuisse.

Præterea præsuposito ꝙ per Baptismum uiolentum Iudei non dicantur baptizati nec illis dicatur impressus caracter maxime propter uim absolutam & præcisam:& sic non dicantur effecti Christiani:ut in.d.cap.sicut iudei.de iudeis. cū similibus allegatis:& prout infra dicetur sequitur necessario ꝙ ex actibus postea subsecutis qui ipsis Christianis conueniunt non possunt dici effecti Christiani nec baptizati taliter ꝙ dicatur impressus caracter.Quia non ex huiusmodi baptismo facto coactione precisa imprimitur:ut in cap.maiores.de baptismo:Nec etiam ex illis actibus postea subsecutis:quoniam non sufficit sola uoluntas nec sufficiunt actus conuenientes Christianis ad hoc ut quis efficiatur Christianus seu baptizatus uero baptismo:sed etiam necessaria est forma uerborum & aquæ:iuxta illud nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit regnum Dei capit.firmissime de consecratione distinctio.iiij.&.d.capi. maiores.extra de baptismo:& ad propositum facit quod uoluit glos.fina. in. d. capit.maiores.ubi si dormiens baptizatus fuerit qui per prius non habuit animum se baptizandi & postea a somno excitatus baptismum ratificauerit, non prodest illa ratificatio:quia nihil recipit nisi iterum baptizetur:cum forma uerborum

borum & aquæ etiam sit necessaria.

Non obstat text.in.d.capit.de iudeis.45.distinctio.ut supra inductus:quia. Primo respondetur q illud fuit decretum concilij Toletani,& sic dispositio iuris antiqui quod reperitur immutatum hodie per text.in.d.capitu.maiores.de baptismo:& in capitu.contra Christianos de hereti.in.6.sicut etiam quasi in his terminis reperitur ius antiquum immutatum quo ad alia: ut colligitur ex text.in capitu.plerique de consecratione distinctio. iiij.iuncto. d. capitul. contra Christianos.Vbi Iudei conuersi ad fidem si ad ritus iudeorum redibant aliter puniebantur olim secundum Toletanum concilium aliter hodie puniuntur : ut in.d.capitu.contra christianos sc̄dm aliquos.

Secundo responderi potest q text.in.d.capitu.de iudeis loquitur quo ad illos qui ante illud concilium inuiti & coacti inducti fuerunt ad baptismum:ut clare colligitur ex illo text.ergo secus in alijs qui post illud concilium sic inuiti fuerunt baptizati.argumen.l.cum prætor.cum ibi not.ff.de iudicijs.cum simil.& argu.sumpto ex illo text.a contrario sensu:quod argumentum est ualidum.l.i.§. huius rei fortissimum est argumentum.ff.de offi.eius cui mand.est iurisdi.

Tertio & forte melius dici potest q dispositio.d.capitu.de iudeis procedit in illis iudeis qui inuiti non ui præcisa seu absoluta sed ui conditionali & compulsiua fuerunt baptizati:quoniam tales caracterem baptismi susceperunt: ut in.d. capitul.maiores declaratur.Vbi illi textui ita respondet Papa Innocentius tertius & infra latius dicetur.Et ideo facilius ex actibus subsecutis constare & apparere dicitur de approbatione baptismi : quoniam non obstante huiusmodi uiolentia maxime si constet ex actibus subsecutis q baptizati se associauerint sacramentis diuinis ipsi omnino tenentur stare baptismo & fidem christianam seruare:ut ibi:sed hi qui ab initio coactione præcisa & absoluta baptizati fuerunt semper ex postfacto præsumuntur stetisse in eodem proposito,nec ex actibus subsecutis præsumitur uoluntas mutata capitul.maiores:& ibi abbas & alij de baptismo.

Non obstant alia quæ supra in contrarium adducta fuerunt:ex quibus colligitur q ex actibus subsequentibus & ex interuallo actus metu factus confirmari & approbari dicitur.

Quia primo respondetur q procedunt nisi essemus in casu in quo eadem causa metus ēt ex interuallo diceretur durare ꝓut cōtingit in casu nr̄o:ut dixi supra. Secundo illa possunt esse uera & procedunt in his quæ dependent a solo consensu & uoluntate. Non autem in his quæ ultra consensum & uoluntatem requirunt certam formā & actū extrinsecū:ut est baptismus:ut in.d.c.maiores: cū gl.& alijs supra allegatis.Et bene facit quod habetur in.l.item quæritur.§. qui impleto.ff.locati.Facit etiam quod uoluit Innocen.in.c.cum dilecti. de emptio.& uenditio.in uersicu.contrarium.Bald.in.l.mancipia.C.de rebus alie.non aliena.& Innocen.in.c.cum uos.de his quæ fiunt a prælat.per Bald.& alios.in.l.fi.C.

ad macedo. bonus text.in.l.obligari.§.tutor.ff.de authori.tuto.§.neq;. instit. eo. titu.l.quid ergo.in princip.ff.de his qui not.infa.ubi quando consensus requiritur.certo tempore uel si aliquid requiritur pro forma. Tunc ratificatio & confirmatio subsecuta nihil operatur.

Non obstat text.cum glo.in.d.c.constat.i.q.i.quia ultra responsiones datas supra potest responderi q; ille text.non præsuponit q; ex ratificatiõe facta ex post facto ordines dati inuitis ab hereticis confirmentur & conualidentur.Immo ille text.dicit contrarium:sed solum illi qui ab initio inuiti fuerũt ordinati si ex post facto ratificauerint & approbauerint illos ordines de sua suasione usurpatione dignitatis & participatione puniuntur:ut ibi:& sic ille text.potius facit in oppositum.

Modo pro parte affirmatiua q; iudei inuiti & coacti suscipere baptismum dicãtur effecti Christiani & in illis fuerit impressus caracter:& consequenter q; teneantur fidem catholicam tenere & seruare,multifariam probari potest.

Et imprimis.Nam in hoc uertitur fauor fidei & ut fides catholica recipiat augumentum dicendum est Iudeos inuitos potuisse baptizari & ipsos cogi ab obseruantiam fidei.Sicut ex causa potest quis inuitus a superiore promoueri ad sacros ordines ut habetur in glo,summæ.lxxiiij.distinctio.c. quæris cum ibi not. de eta.& qual.ta.Et sicut interest ut cultus diuinus augeatur.c.ex parte de constitutio.c.fin.de rescript.in.6.Ita ut religio & fides Christi augumentum recipiat.Et propterea q̃ plura contra regulas iuris disposita & concessa reperiuntur in fidei orthodoxæ fauorem:ut in.c.i.fidei.de hereti.in.6.c.si hereticus.ij.q.7.cũ simi.sed q; Iudei inuiti baptizentur est fauor fidei, Quia per baptismũ animæ ipsorum saluari possunt:ut in.c.firmissime.de consecratio.distinctio.iiij. clemẽ. i.de sum.trinita.& fide catholi.&.d.c.maiores.

Ergo inuiti possunt baptizari:est enim tantus fauor fidei nedum apud ecclesiam militantem:sed etiam triumphantem ut per baptismum quis deo tradatur qui per sacrilegia diabolo a parentibus uel ab alijs tradi non potest.c.quæris de consecratio.distinctio.iiij.

Item ista uidetur quasi quedam spiritualis elemosyna ad quam quilibet tenetur ut in.d.c.duæ sunt.45.distin.cum.c.præcedenti.c.inter opera.de sponsalibus.c. fin.xxiij.q.iiij.ubi mali sunt prohibendi a malo & cogendi ad bonum.

Secundo quamuis dolus malus fraus & uiolentia reprobẽtur:ut per tot.de do. & contu.& per totum.ff.de ui & ui arma.&.C.unde ui.&.C.si per uim uel alio modo & per totum extra de restitutio.spoliato.c.eum contingat. de iureiuran. c.quamuis.de pactis in.6.auctẽ.sacramenta puberum.C.si aduer. uendit.

Tamen bonus dolus admittitur & commendatur.c.utilem.cum ibi.not.xxij. q. ij.dudum.de conuer.coniugato.nec dicitur deceptus qui se deo coniungit.c.fin. xx.q.iij.c.constituit.16.q.ul.ergo idẽ dicendũ est de ui & uiolẽtia p quã qs inducit ad bonũ & p quã qs cõiũgit deo.æqparant eni dolus & uiolentia:ut in.c.re

integranda

integranda.iij.q.i.c.i.15.q.6.d.c.cum contingat & d.c.quamuis. Quare siue dolo siue uiolentia quis inductus fuerit ad fidem & ad baptismum non refert. Nã utrocp casu cum sit sic Deo coniunctus non potest dici deceptus nec coactus & consequenter seruare debebit fidem.
Praeterea & Tertio de hoc uidetur tex.i dicto.c.iã uero si rusticus.xxiij.q.6. ubi Infideles & Iudei sunt tantis oneribus & grauaminibus grauandi ut cogantur ad dominum deum & rectitudinem uenire: quia mali cogendi sunt ad bonum: da enim sapienti occasionem sapientior erit.c.uides.xxiij.q.6.
Quarto facit quod habetur i.c.i.xxiij.q.6.& in.c.displicet.xxiij.q.iiij.ubi Paulus a Christo cõuersus & necessitatus uenit ad fidem ergo exẽplo domini possunt principes iudeos cogere ad fidem.argu.tex.in.c.exemplum domini.xij.q.i.
Pro solutione huius dubij distinguẽdum est inter coactionẽ praecisam seu absolutam & coactionem conditionalem seu causatiuam. Prima enim impedit effectum baptismi & caracterem eius imprimi, taliter q coactus precise & absolute non dicitur effectus Christianus nec ad seruandam fidem tenetur nec cogi põt, non aliter ac si baptizatus fuisset lapis & dormiens aut demens qui per prius nõ habuissent mentem nec uoluntatem baptizandi: ut est tex. in.d.c.maiores.de baptismo.in uersic. Ille uero. Plus enim est expresse cõtradicere q̃ minime cõsentire, sicut nec ullam notam alicuius reatus incurrit qui contradicens penitus & reclamans thurificatur Idolis cogitur uiolenter.
Secunda uero coactio quae dicitur causatiua & conditionalis seu compulsiua & per metum facta nõ impedit caracterem baptismi imprimi. Quoniam qui terroribus atq; supplicijs uiolenter attrahitur & ne detrimentum icurrat, baptismi suscipit sacramentum. Talis sicut is qui ficte ad baptismum accedit caracterem suscipit Christianitatis impressum & tanquam conditionaliter uolens quamuis absolute non uelit cogendus est ad obseruantiam fidei Christianae: ut dicitur in.d.c.maiores.in uersiculo propter quod. ubi ponitur haec distinctio quae fit inter coactum praecise & absolute & coactum conditionaliter seu causatiue. hanc distinctionem ad effectum ut contra Iudeos baptizatos reuersos ad ritus iudaicos possit procedi de heresi ponit etiam tex.in.c.contra Christianos.de hereticis.in.6.& est de mente tex.in.d.c.de iudeis: & ibi glo.expresse & docto.omnes. 45.distinctio.glo.idem sequitur: & ibi docto.comuniter.in.c.sicut iudei de iudeis. facit quod uoluit Calder.in consilio.i.qui clerici uel uouentes: & in simili quod habetur per glo.in.c.eos de consecratio.distinct.iiij.ubi excusantur rebaptizari per coactionem precisam factam per attractionem: sed non coacti conditionaliter & causatiue, hoc est propter periculum uitandum & per metum. Quoniam qui coactus per metum & cõditiõaliter seu causatiue aliquid facit dicitur uolũtarie facere. Nam coacta uoluntas, uolũtas est: ut in.l.si mulier.§.si metu.ff.quod metus causa.c.merito.15.q.1.sed qui expresse contradixit & semper ab initio inuitus baptizatus fuit non consensit nec uoluisse dicitur non aliter q̃ dormiẽs & amens qui per prius nunquam habuerunt mentem nec uoluntatem baptizãdi: ut in.d.c.maiores.

Præterea illi qui dum baptizantur si semper inuiti fuerunt baptizati & omnino
contradicentes, Ideo nõ recipiunt caracterem quia ex quo tempore baptismi sẽ-
per fuerunt inuiti & cõtradicentes semper ex post facto & adhuc præsumuntur
inuiti & contradicentes & nemo inuitus ad fidem compellitur. d. c. sicut ludei.
de iudeis.d.c.ad fidem.xxiij.q.5.c.sicut ficti.i.q.i.c.solet.de consec. dist.iiij.
Præterea hi qui semper ab initio inuiti & contradicentes baptizati sunt, potius di
cuntur pati q̃ uelle & agere.c.sacris.cum ibi not.quod met. cau. Itẽ æquiparã-
tur dormienti simpliciter ut ibi per glo.& arg.d.c.maiores.Sed illi qui coactio-
ne conditionali & causatiua baptizati sunt quamuis inuiti & per metum dican-
tur baptizati tamen dicuntur baptizati scd̃m uoluntatem suam licet coactam.
quoniam ut dictum est uoluntas coacta uoluntas est.& ideo primi caracterem
baptismi non recipiunt. quia quæ sonant in pati non habent in se consensum. c.
olim.il.ij.de restitu.spoliato. Secundi uero sic. & secundum hoc ultimum intel
ligatur id quod dicitur de Paulo.in princ.& in.i.xxiij.q.6.& in.c.displicet.xxiij.
q.iij.ut etiam intelligit glo.in.d.c.maiores in uerbo contrarium.
Posset etiam dici illud factum diuino iudicio:& ideo non est trahendum ad con-
sequentiam arg.eorum quæ habentur in.c.moyses.per glo.8.q.i. Quidam uero
etiam & magis communiter doct.uidelicet.do.Anto. Abbas. Ioan. de ana. &
alij moderni.in.d.c. sicut iudei.de iudeis & etiam modernissimi uidelicet do.
Cardin. Alexandrinus.in.d.c.de iudeis.45.distin.distinguũt:q̃ quædam est coa-
ctio, quæ fit per uiolentiam personalem illatam p̃sonæ uel per ablatiõem & uio-
lentam subtractionem rerum & hec coactio est prohibita:& de ista loquitur tex.
in.c.de iudeis:& in.d.c.sicut iudeis.Quædã est coactio quæ fit p̃ ĩpositionẽ col
lectaꝝ & oneꝝ & ĩpositionũ ut ex his fastidio affecti ad fidẽ ĩducant:& hæc coa-
ctio est p̃missa:ut in.c.iã uero:& in.d.c.de iudeis:& in.d.c.uides cũ similibus su-
pra allegatis.& q̃a doct.simpliciter p̃transeunt cũ hac distinctiõe ex ea uidetur
ĩferri in terminis nostris, q̃ illi Iudei qui coactione personali fuerunt baptizati il-
los uerberando incarcerando, bona eorum de facto auferendo non dicantur ef-
fecti Christiani: sed hæc distinctio mihi uidetur dubitabilis aliqualiter quo ad ef
fectum baptismi & impressionem caracteris. quoniam etiam siquis fuerit coa-
ctus baptizari coactione personali & attractione rerum nihilominus effici uide-
tur Christianus & imprimitur caracter:ut legitur de Paulo, qui itinere cecatus ad
deum conuerti coactus est:ut in princ.& in.c.i.xxiij.q.6.& in.c. displicet. xxiij.
q.iiij.in uersi.quare Paulus & probatur.in.c.de iudeis.45.distin.sed quo ad effe-
ctum ut puniantur compellentes secundum quod habetur in.d.c.sicut Iudei for-
te procedere posset prædicta distinctio.Et ita possent saluari docto.in locis alle-
gatis. Aliter tamen loqui uidentur:& ideo sequendo ipsos simpliciter eoꝝ dictũ
optime nobis inseruit.dñs Cardina.quem sequitur do.Præpositus postea Cardi
nalis alexãdrinus in.d.c.de iudeis.distingẽdo dicebat:q̃ si aliq̃s imergatur coa-
ctione inducta minis & flagellis, Ita q̃ potius ipse uelit se subijcere baptismo:q̃
morte & flagellis perire: & sic intendit alios illudere & mortem euadere: & hoc
apparet ex actibus extrinsecis:tunc talis non suscipit caracterem baptismi: quia

ibi non

ibi non est intentio suscipiendi sacr̄m:cum etiam quis non dicatur baptizatus ꝙ cōsēsit imergi iocose. Aut ipse uult & cōsēsit ꝑpter minas & flagella idē quod uult ecclesia circa se fieri uelle magis ꝙ̄ uelit perire & tunc talis siue credat siue nō siue uelit hēre siue nō, suscipe tñ dr̄ sacr̄m:eo ꝙ quāuis nō sit ibi uolūtas meritoria, adest tñ cōsensus & uolūtas sua. Et iō s̄cdm canones glosas & doctores de ꝗbus supra talis iudicandos est quo ad ecclesiā baptizatus. Ecclesia eni capit īterpretationē in dubio ꝙ cōsentiat in baptismū ex quo ꝑmittit se ordinari aut baptizari quāuis ui causatiua seu cōditiōali & sic caracterē dr̄ recipe.d.c.maiores.&.d.c.de iudeis.& in.d.c.cōtra chr̄ianos ꝗa ut inqt Bal.in.l.siqs seruo.in fi. uerbis.C.quod cū eo. Differūt īter se uolūtas resistēs & uolūtas cessans & coacta. Præterea ubicūqꝫ filij iudeoꝝ auferrent̄ ꝑpter cōpellendos Iudeos pr̄es ad fidē. Tunc pr̄es Iudei cēserent̄ per indirectū coacti coactione præcisa & absoluta.& conseq̄nter nō dicerent̄ caracterē recipe: Ita est de mente Ioan.de deo.& Archidia.& Modernissimoꝝ uidelicet dn̄i Cardina.alexādrini.in.d.c.ꝗ sincera.45.distin.& etiā Ioan.and.in.d.c.sicut iudei.de iudeis:& ibi Io.de ana.& infra dicet̄. Et ꝑ affectu terrent̄ parentes magis in liberis suis:ꝗa maior cēset̄ uis quā parentes sustinēt ex ꝑsonis liberoꝝ suoꝝ ꝙ̄ in sua ꝑsona:ut est tex.not.in.l.isti quidē. ī fi.ff.quod.met.ca. Et tenētes illā opinione & forte ueriorē ut īfra dicet̄, Quod nō possint auferri filij:& liberi Iudeoꝝ ut baptizent̄ fundant se ultra alia etiā in hoc.Q̄ m̄ sic esset cogere parētes ad fidē:quod nō est dicendū: Ergo innuunt ꝙ si filij fuerint ablati ut baptizarent̄.& parentes illoꝝ ob hoc suscepissent baptismū:ꝙ coacte & uiolēter dicerēt̄ baptizati cōtra iura ꝗ̄ ꝓhibēt iuitos baptizari. Sed in terminis nr̄is nedū fuerūt ablati filij Iudeorum sed ēt inuiti & coacti coactione precisa & absoluta infiniti fuerunt baptizati per coactionem illatam personis & per ablationem bonorum & rerum. Itē quasi oēs qui tūc fuerunt baptizati ut in pūcto præsupponit̄ minis & flagellis fuerūt immersi & ut mortē uitarent ꝗa in carcere detēti erāt seu in quodā loco publico clausi fuerāt:& fame perijssent:ꝗa cibaria eis nō ministrabant̄ nisi baptismū recepissēt:& cōsequēter baptismo se subiecerūt potius gr̄a uitandi mortem ꝙ̄ intētione suscipiendi sacr̄m: quod presumit̄ ex minis, flagellis & ex carcere & ex denegatiōe cibarioꝝ, Item ex ablatione filioꝝ suoꝝ & bonoꝝ:& ex alijs quāpluribus uidelicet ex denegatione nauigationis ex ꝓclamatibus publicis & penalibus. Ergo sequitur ꝙ inuiti & coacti coactione præcisa & absoluta dicuntur baptizati:& consequenter ꝑ huiusmodi baptismum non dicitur ipsis impressus caracter nec ad fidem Christianam seruandam tenentur:& ideo non possunt dici de iurisdictiōe ecclesiæ nec contra ipsos potest inquiri nec procedi de heresi.d.capi.maiores:& in.d.contra Christianos iunctis his que supra ex mente docto. relata fuerunt.

Nec obstant ea quæ supra pro parte affirmatiua allegata fuerunt. Q̄m ex premissis colligitur responsio. Nam procedunt q̄n ꝗs inuitus coactione causatiua & conditionali suscepisset baptismum quæ coactio non impedit caracterē quāuis gr̄am īpediant cū adsit uoluntas saltē coacta:ut habet̄ in.d.c.maiores & in.d.c.de iudeis. Et ita intelligat̄ ēt id quod dicit̄ de conuersione Pauli nā ipse fuit

conuerſus coactiōe cauſatiua & cōditionali:ut dicit gl.in.d.c.maiores.in uerſic. contrariū.& ſupra dixi. Secus ſi qs inuitus coactione præciſa & abſoluta fuiſſet baptizatus, qm̄ tunc ut dictū fuit, defuit uoluntas. Et pro hoc bene facit id quod uoluit Salice.in.l.uitia.C.de acqr. poſſeſſ. qui dicit ꝙ alia eſt uis expulſiua alia ablatiua & hæ nō habent uoluntatē nec cōſenſum. Alia eſt uis cōpulſiua & hæc habet uoluntatē.l.ſi ui.C.quod met.cau.l.metū.§.uolenti.&.l.mulier.ff.co.titul. Præterea poſſet forte dici ut eſt de mente gl.in.d.c.maiores.in uerſi. cōditionaliter ꝙ ēt hi qui iuſto metu q cadere poſſet in cōſtantem uiꝝ baptizati fuerint & alia ſpiritualia susceperint non dicunt̃ uim ſacramēti recipere nec caracterem ut in iuribus ſupra allegatis, secus ſi metu etiā mortis q non caderet in conſtantem uirum:ut ibi per gl.illam:& ita intelligatur tex.in.d.c.contra Chriſtianos.

Non obſtat quod dictū fuit ſupra ꝙ in hoc uertat̃ fauor fidei &c. Quia ut dixit Caldari.in.d.cōſi.iij.in ti.de iudeis:& refert & ſequtur Ioan.de anania.in. d.c. ſicut iudei.de iudeis. Tantus fauor nō eſt præſtandus fauore fidei ut alijs fiat iniuſtitia. fauendum enim eſt fidei, ſed non contra iuſtitiam:ut argumento tex. in c.ex tenore.de fo.competen.& de donatio.inter uirum & uxo.c. nuper. contra autem iuſtitiā eſſet ſi iudei inuiti coactione præciſa & abſoluta puta per ablationem filioꝝ & reꝝ & bonoꝝ uel flagellis & cruciatibus & periculo imminentis mortis ut dictū fuit compellerentur ad baptiſmū:ut in.d.c.ad fidem.& in.d. c.maiores:& in.d c.de iudeis.cū alijs ſimil.ſupra allegatis.

Non obſtat ꝙ bonus dolus cōmendatur &c. Quia reſpōdetur ꝙ tunc diceretur bonus dolus quando penſionibus & oneribus grauarent̃ iudei ut conuerterentur.c.iam uero.c.uides.xxiij.q.6.& per Hoſti.in ſumma de iudeis.in.§.& in quibus grauantur.c.de iudeis.& ibi Moder.45.diſt.c.ad fidem.xxiij.q.5. Sed quādo abſolute & preciſe cogerentur ad fidē his modis de qbus ſupra uel alijs ſimilibus. Tunc non diceretur bonus dolus ſed malus & a iure reprobatus: ut patet ex iuribus & alijs quæ adducta fuerunt primo loco pro parte negatiua & etiam in ſolutione dubij: ergo &c.

Venio ad ſcdm dubiū quod eſt difficilius. An filij adulti & paruuli iudeoꝝ ablati de mandato principis potuerint inuitis & cōtradicentibus aut nō conſentientibus parētibus baptizari:& an baptizati dicant̃ caracterē recepiſſe. Item an filij & deſcēdentes nati ex illis Iudeis qui olenter & coactione præciſa & abſoluta fuerūt baptizati ex quo procreati ſunt ex radice infecta & ex illis q non dicunt̃ eſſe Chriſtiani dicant̃ recepiſſe caracterem baptiſmi & fidem ſeruare teneantur.

Et ꝙ paruuli iudeoꝝ de mādato Regis & principis poſſint auferri & baptizari inuitis & nō conſentiētibus eoꝝ parentibus multipliciter demonſtratur.

Primo exemplo Ziz:buti religioſiſſimi principis:ut legit̃.in.c.de iudeis.45.diſt. qui coegit omnes iudeos chriſtianos fieri:& factum tenuit:ut ibi.

Secundo qa Iudei ſunt ſerui principum chriſtianoꝝ:ut habetur Geneſi.ix.c. maledictus eni ſeruus ſit fratrum ſuorum.§.sed qui.xxiij.q.iij.capit.diſpar.xxiij.q. 8.unde ſequitur ꝙ parentes iudei non dicuntur habere filios ſuos ſub ſua poteſtate. Quoniā ex quo ipſi ſunt ſerui & ſub alterius poteſtate conſtituti nō poſ-

ſunt

sunt alios habere sub una potestate:ut arg.tex.in.l.sic eueniet.ff.de adulterijs : & not.in.c.i.xxxij.q.iij.
Et consequenter princeps pōt filios iudeoꝝ tanquā sua mancipia alijs dare & uendere inuitis parētibus.Ergo eadē ratione & maiori fauore fidei poterit illos auferre & inuitis parētibus illos baptizari facere:qa sic princeps mereret́ apud Deum.dum tamē hoc faceret princeps principaliter nō propter cōpellēdos parentes ad fidē sed ꝑpter seruandos illoꝝ filios ꝑ fidei sacramentum: ad cuius susceptionē sufficit ꝙ nō inueniat obiectū cōtrariæ uoluntatis illius qui baptizatur:ut uoluit Ioan.de deo:& multa in fauorē fidei introducta sunt capi.in fidei. de hereticis in.6.cap.si hereticus.ij.q.7.
Tertio sicut dolus bonus cōmendatur ut supra dictū fuit.Ita & uiolentia est cōmendanda per quam quis inducitur ad bonum.xxiij.q.6.per totum.quia dolus & uis æquiparantur cap.quamuis de pactis in.6.
Et hanc partem ꝙ non priuati sed principes possint auferre paruulos filios & nō adultos iudeoꝝ ut illos baptizari faciant secuti fuerunt ꝗ̃ plures.Inter quos fuit Ioan.and.in.c.sicut iudei.de iudeis.Archidia.in.d.cap.qui sincera:& ibi dominicus.de sancto gem.Scotus in.iiij.senten.in ulti.q.
Et fundamentum illoꝝ est.Quia Iudei sunt serui christianoꝝ:ut per eos in locis preallegatis. quæ rō si uera esset sequeret́ ꝙ non solū principes sed ēt quicunq; alij priuati possent sic filios iudeoꝝ arripere ad effectum istū: cuius contrarium expresse uolunt præfati docto.Itē sequeretur ꝙ non solū possent filios paruulos sed ēt filios adultos nec non parentes & oēs iudeos inuitos cōpellere ad fidem. Cuius cōtrarium expresse dicunt:ꝙ ēt principes non possent auferre filios adultos iudeoꝝ ut illos baptizari faciant:qm̄ requiritur uoluntas & consensus illoꝝ: sicut requiritur uoluntas & consensus parentum suoꝝ ad hoc ut christiani ꝑ baptismum efficiantur.Alioquin inuiti coactione præcisa non reciperent caracterem ut supra conclusum fuit in precedenti articulo.
Et ad illud quod præsupponitur ab his qui secuti fuerunt hāc primam opinionem ꝙ iudei dicant́ esse serui christianoꝝ respondetur ꝙ hæc ratio solet ꝗ̃ plurimos in errorē deducere. quia hoc falsum est ꝙ Iudei & eoꝝ filij sint proprie serui:ut dicunt abbas.& Ioan.de anania in.d.c.sunt Iudei:patet quia & si Iudei non possint habere mancipia christiana tamen non prohibētur habere alios seruos.l.fina.§.huius ita.cum sequen.C.de episco.& cle.l.unica.C.ne mancip. christia.c.i.ij.& fin.extra de iudeis & ex hoc infert́ ꝙ iudei ipsi non dicunt́ simpliciter & proprie serui.Alioquin non possent habere alios seruos sub eorum potestate:ut in.l.sic eueniet.ff.de adulte.non.in.c.i.xxxij.q.iij.
Vnde dū dicunt́ & appellant́ serui illud largo modo & iproprie dictum est respectu cuiusdā subiectionis & odij seu peccati non āt respectu potestatis & dominij.sicut dicit́ de coniugibus:ꝙ inter eos est quædā seruitus : qa matrimoniū est quædā species seruitutis:& qñ agitur de causa matrimonij dicitur agi quasi de statu hominis:ut est gl.notab.in.c.mulieri.de iureiuran.& arg.c.oēs. cum gl. xxxij.q.7.Roma.in singulari.cccclxxi.& arg.l.ij.ff.de lib.homi.exhi.

Præterea non uidetur uerum ꝙ Iudei non habeant filios suos in potestate: quia contrarium uoluit Bald.in.l.nam & ciuium.per illum text.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.& hoc probatur. Nam iter Iudeos esse potest matrimonium. c.gaudemus.c.quanto.de diuortys.c.in fidelibus.de cõsanguinitate & affinitate. Ergo in eis potest esse patria potestas actiue:ut instit.de pat.potesta.in.§.i.l. postliminium.§.filys.ff.de captiuis & postlimi.reuers.

Papa etiam uocatur seruus seruorum ut in prohemio Gregorij & sexti libri: & tamen nullus est tam fatuus qui affirmare auderet papam esse seruum nec posse alios habere in potestate.

Et ideo contrariam opinionem ꝙ etiam principes non possint auferre filios iudeorum adultos nec paruulos seu infantes causa baptizãdi illos inuitis & ignorantibus & non consentientibus parentibus puto ueriorem & æquiorem & seruandam.

Et si contingeret prout cõtigit in casu nostro ꝙ principes auferrent illos & baptizari fecissent inuitis & ignorantibus parentibus tales nõ essent Christiani ,nec illis diceretur impressus caracter:& consequenter non dicerentur effecti de iurisdictione ecclesiæ nec seruare tenerentur fidem Christi:ut etiam dictum fuit supra.de alys Iudeis qui inuiti coactione præcisa fuerunt baptizati.

Et istam conclusionem secuti fuerunt ifiniti sacrorum canonum & celestis theologiæ professores.Adeo ꝙ hæc opinio potest dici magis comunis q̃ alia:& ideo sequenda.arg.eorum quæ habentur per Ioan.and.& canonistas communiter in cap.i.& in cap.ne nimitaris.de constitu.cum simi.Nam istam conclusionem uo luerunt & amplexi fuerunt do.Cardi.florentinus.Abbas siculus.Ioan.de ana.& do Felinus.in.d.c.sicut iudei extra de iudeis.do.anto.ibi nõ adhæret alicui opinioni.sed simpliciter refert opiniones.Istam opinionem uoluit & secuta est glo. notabilis.in capi.iudeorũ filios.xxiiy.q.i.&.do.cardina.Sancti sixti.& do.Cardi.alexandrinus.in.d.c.qui sincera:& Caldari.in consi.iy.in titu.de iudeis.Cardin.in clemen.i.circa finem de iudeis.Idem uoluit Ricard.in.iiy.sententiarum.d. distinct.& Beatus Thomas.de aquino secunda secundæ.q.x.articu.xy.& magister Petrus de palude.in.iiy.x.distinctio.

Pro qua opione do.Cardin.Sancti sixti.in.d.cap.de iudeis.sic arguit. Nam ad baptismum non sufficit ꝙ in recipiente non sit obiectus contrariæ uoluntatis. Sed requiritur uoluntas directa in adulto:uel interpretatiua in paruulo.Paruulus autem nullam habet uoluntatem interpretatiuam.nisi solum parẽtum suorum propter quod dici consueuit ꝙ ante datam circuncisionem saluabantur in sola fide parentum non autem aliorum nisi quatenus aly gererent uices parentum.Ergo si inuitis parentibus paruulos esset baptizatus,nihil sibi uideiur fieri cum in eo desit uoluntas ipsius directa & interpretatiua .

Secundo in recipiente baptismum necessaria est fides ecclesiæ uel propria sicut ĩ adulto.Vel aliena ut in paruulo:& hoc attestatur Augustinus in libro de peccatorum remissione.Sed in paruulo nulla fides aliena sufficit nisi parentum.Tum quia aly nullum ius habent in eo.tum quia ipse paruulus non pertinet ad eccle

siam

fiam nisi ratione suæ originis. Ergo ad hoc baptisma necessaria est fides parentum. Ergo deficiente fide seu uoluntate parentum nihil omnino recipit paruulus. Hæc Augustinus. in loco præallegato.

Item præfatus Magister Petrus de palude in loco allegato inquit quod homo ordinatur in Deum per rationem per quam potest deũ cognoscere & ideo puer anteq̃ habeat usum rationis ordinatur in Deum per rationem parentum quorũ curæ naturaliter subiacet ut insti. de iur. natur. gent. & ciuil. c. ius naturale. i. distinctio. Et secundum eorum dispositionem circa eũ agenda & ministranda sunt diuina. Et si puer parentes non habeat tunc propinquiores & tutores loco paréntum sunt: & si non appareant parentes uel propinqui aut tutores tunc succedit quicunq; uult: & ideo quicunq; uellet posset eum baptismo offerre. Quia naturalis ratio dictat ubi parens deficit quilibet alius homo ex quadam cognatione quam natura inter omnes homines constituit iuxta text. in. l. ut uim. ff. de iusti. & iur. l. non tantum ff. de appellat. sit loco parentis & alter alteri prodesse & bene facere teneatur ut in dictis iuribus.

Et ex his infertur secundum præfatum magistrum Petrum q̃ sicut parentes nõ possunt cogi ad ea quæ sunt fidei supra legem naturæ quia sic coacti non consentientes si recipiunt baptismum nihil dicitur actum, quamuis ad ea quæ sunt legis naturæ Iudei possint cogi ut dictum fuit in præcedenti articulo. Ita & filij paruuli Iudeorum qui per se nullum habent consensum nec uolũtatem. l. i. C. de falsa moneta contra uoluntatem parentum suorum in his quæ sunt legis naturæ possint coherceri: cum in illis parentibus non subyciantur, sed in his quæ sunt pure iuris diuini & uoluntatem ueram uel interpretatiuam requirunt ut est baptismus contra uoluntatem & consensum suorum parentum ad id cogi nec recipi nec fieri possint: & si recipiantur & fiant nõ ualet nec factum tenet: sed quicunq; parentum uel qui loco parentum sic consentiat cuiuscunq; ætatis paruulus existat in fauorem fidei satis est ad hoc ut dicat᷑ baptizatus & efficiat᷑ christianus: ut in. c. ij. de conuersi. coniugatorum. Ista sunt de mente præl bati Petri ut etiam refert & sequitur do. Cardina. alexandrinus. in. d. capit. qui sincera. in. ij. colum. & Felinus in. d. capitu. sicut dicit q̃ pueri sic diceretur inuiti baptizari ex quo parentes. in quorum potestate sunt nõ consentirent & a manibus ipsorum abcepti forent ut dictum est.

Præterea secundum glo. in. d. c. iudeorum filios. 28. q. i. si paruuli passim possent eripi de manibus parentum & fauore fidei baptizari inuitis & contradicẽtibus, seu ignorantibus parentibus profecto in breui nullus esset iudeus: quomodo ergo reliquiæ Israel fierent saluæ ut habetur Esaiæ. i. c. & Hieremiæ. iij. c.

Præterea sic saltem per indirectum compellerentur parentes ad fidem ut dictũ fuit supra in præcedenti articulo: & omnes docto. tam tenentes hanc secundam partem, q̃ etiam tenentes primam ut Archidiaco. & domin. in. d. cap. qui sincera. & etiam do. anto. in. d. c. sicut iudei. concludunt q̃ ubicunq; auferrerent᷑ filij iudeorum ad effectum ut parentes eorum inducerentur: & per indirectũ sic cõpellerentur: ad fidem q̃ tunc nec paruuli iudeorum nec ipsi parentes se baptizã

do efficerentur Christiani: quia nemo inuitus cogi debet ad fidem ut supra. Sed in casu nostro ultra alias coactiões præcisas & etiam causatiuas Rex mandauit filios Iudeorum tam adultos q̄ paruulos eripi de manibus suorum parentum: ut illos baptizari faceret & isto modo cogeret eorum parētes. Ergo posito q̄ fuerint baptizati ob hoc non debent dici christiani effecti. nec illis ĩpressus caracter baptismi.

Præterea sicut bona iudeorum uiolenter & de facto non possunt per principes auferri. d. c. sicut iudei: minus seu pariter non possunt auferri eis eorū filij: Et papa non debet hoc permittere nec tollerare nisi ex iusta causa immediate concernente utilitatem publicam: & commune bonum argumento eorum quæ uolunt Innocen. & Hostien. in. c. quod super his. deuoto: Cardina. alexand. in. d. ca. qui sincera. in. ij. col. & est tex. in. c. iudei de iudeis.

Et sequendo hanc partem quam puto uerissimam, non obstant supra adducta in contrarium. Quia ex prædictis clara colligitur responsio: & etiam aliquibus respondet Caldarinus. in dicto consilio. iij. in tit. de iudeis. Ioan. de ana. in. d. c. sicut iudei. Moderni in. d. c. qui sincera. Nam ad id quod factum fuit per principem Zizibut potest responderi q̄ id non approbatur tanq̄ recte factū: sed tolleratur ut ibi probatur: prout etiam aliqua tollerantur quæ in se non tenent: ut in. c. fi. de diuor. & in. c. quædam lex. xxxij. q. ij. c. ad sedem. xxxij. q. ij.

Secundo potest dici q̄ ille tex. loquitur de coactione causatiua non autem præcisa ut ibi per docto. maxime per Domin. de sancto geminiano. quæ non impedit caracterem baptismi: ut expresse declarat tex. in. d. c. maiores.

Secundo & tertio fundamento tenentium contrarium colligitur respōsio ex his quæ dicta sunt supra. in hoc articulo & etiam in præcedenti articulo. Ex quibus omnibus uidetur concludendum q̄ iudei coacti: ut supra & eorum paruuli & adulti filij: qui fuerunt abrepti & inuitis & non consentientibus parentibus baptizati de mandato Regis seu ab alijs Christianis. q̄ illi nō sint Christiani nec illis dicatur impressus caracter baptismi. Illi uero paruuli & infantes qui per eorum parentes seu illis scientibus & non contradicentibus alijs fuerunt ablati baptismo. & si illud fecerint metu Regis uel alicuius pœnæ ex quo ipsi parētes uel alij qui loco & uice parentum sunt illos obtulerunt baptismo tales dicuntur recepisse caracterem & effecti Christiani quia saltem fuerunt baptizati uoluntate interpretatiua quamuis coacta. Quia uoluntas coacta uoluntas est quæ sufficit ad recipiendum caracterem baptismi ut habetur in. d. c. maiores: & ita intelligi potest tex. in. d. c. contra Christianos ibi dum erant infantes &c. & in. d. c. de iudeis cum similibus quæ allegata sunt in proximo præcedenti articulo.

Et ex prædictis inferri potest ad decisionem alterius dubij. Vtrum contra illos q̄ tunc temporis coacti fuerunt & compulsi ad baptismum & contra illorum filios & descendentes possit ĩquiri & procedi de heretica prauitate. Quia cōcludendum est q̄ contra eos quibus non fuit impressus caracter baptismi per infusionem aquæ & formam uerborum baptismi: & qui tales sint: constat ex prædictis non potest absq̄ dubio inquiri & procedi de heresi: quoniam tales nō sunt

effecti

effecti de iurisdictione ecclesiæ nec fidem Christianam seruare tenentur:ut in,d, c,maiores,& glo.in.d,c,de terris,de decimis,dicit q̀ Iudei non sunt de corpore ecclesiæ.Ergo non possunt dici errare in fide:& ideo nō possunt dici heretici,iuxta tex.in,c.i,de hereticis.c,super,de uerbo,significat.c.inter heresim & scisma. xxiiij,q.iij.cum pluribus sequentibus capitulis:Ergo non possunt puniri de heresi nec contra eos inquiri nec procedi de huiusmodi crimine,d.c,cōtra christianos,quia qui in ecclesia non est ab ecclesia separari nō potest:ut in.c. omnis. xi, q.iij.glo.in.c.sæpe.xxyiij.q.i,& heresis dicitur diuisio & separatio ab ecclesia: ut infra. & dicit Caldarinus.in consi,ij,de iudeis.& est glo.in cle,i.de usuris, q̀ q̄uis Iudeus non possit proprie dici hereticus,quia heresis sonat diuisionem & is qui nunq̄ in ecclesia fuit non possit dici hereticus. Tamen si Iudeus doceret Christianos falsum dogma & uerba insana proferret & in uituperium religiōis Christianæ:posset puniri propter offensam dei ad instar hereticorum pœna arbitraria sed non eadem qua heretici puniuntur:ut in.c.& si iudeos.&.c.in nonnullis,cum glo.de iudeis cum simil:c,iudas,17, q,iiij.

Contra illos uero quibus fuit impressus caracter baptismi & si inuiti effecti sint Christiani coactione causatiua seu conditionali seu compulsiua,ex quo dicūtur Christiani effecti: si errent in fide & illā nolint seruare,uel ad ritus Iudaicos fuerint reuersi potest inquiri contra eos & procedi de heresi prout contra quoscūq; alios Christianos errantes in fide:ut est tex,clarus,in,d, c, contra christianos, & in,d,c,maiores,Nam tales per baptismum effecti sunt de corpore & iurisdictione ecclesiæ ut ibi,Ergo procedit consequentia:ut ex prædictis colligitur.

Sed dubium superest utrum tales sic coacti coactione causatiua & conditionali quibus tamen fuit impressus caracter contra quos de heresi potest procedi : ut supra puniri debeant eadem met pœna qua regulariter puniuntur heretici tam in persona q̄ in bonis.Et uidetur prima facie q̀ eadem met pœna corporali & etiam publicationis bonorum sint puniendi:ut uidetur tex,cum glo.in,d.c,contra Christianos.& ibi Dominicus & Ioan.and.qui dicit q̀ hoc tenere tutius esset,per illum tex.ibi.erit tanq̄ contra hereticos si fuerint coniuncti &c.procedēdum &c.

Præterea contra fautores & receptatores talium potest procedi sicut cōtra fautores & receptatores hereticorum:ut in,d,c.contra Christianos, iuncto,c. sicut. & in,c,si aduersus:& in,c,excommunicatus.in.§. credentes, de hereticis, extra. Ergo innuitur q̀ Iudei etiam coacte baptizati non tamen præcise aut absolute q ad ritus Iudaicos redierunt heretici sunt & contra illos ut hereticos procedendum est,

Tertio hoc idem etiam infertur ex tex.in,d.c.de iudeis,45,dist.ibi oportet ut fidem quam etiam ui uel necessitate susceperunt tenere cogantur ne nomen domini blasfemetur & fides quam susceperunt uilis ac contemptibilis habeatur.

Quarto corroborātur præmissa tex,in,d,c,maiores,in uersi.propter,ibi, & ipse tanq̄ conditionaliter nolens licet absolute non uelit cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ in quo casu debet intelligi &c.Cogi autem non possunt nisi

mediante pœna.c.uergentis.& per totum extra.de hereticis.c.pleriq;.de consecratio.distin.iiij.ergo.&c.

Præmissis tamen non obstantibus contrariũ puto uerius esse q hi q coacte coactione causatiua & cõditionali & maxime q metu mortis q caderet in constãtẽ uiro;,uel metu amissionis oium bono;, uel maioris partis q metus æquiparat & par est metui mortis:ut in.c.i.de resti.spol.in.6.& arg.l.ppter litem.ff.de excusa cuto.§.itẽ propter litẽ.instit,eo.ti.baptizati fuerũt,si ad ritus iudeo; reuersi fuerint tales mitius sint puniendi & cũ eis misericorditer erit agendũ.Qm̃ & si forte cõtra oẽs eos sit pcedendum tanq̃; contra hereticos:ut in.d.c.cõtra christianos non tñ præcise & simpliciter eadẽ pœna:sed leuius & mitius:ut pbatur in.d.c.pleriq;.de conse.distin.iiij.ubi authoritate pontificali coacti aiaduersione sacerdotali ad fidẽ reuocant:& ut hẽtur in.c.iudei.i.q.iiij.ibi in qualibet pœna damnati extiterint:& sic arbitraria cõueniẽti crimini:arg.eo; quæ habentur & notantur.in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.ĩfam.cum simil. Et ideo quãuis bona hereticor; ipso iure publicent,& fisco applicent secuta declaratoria adeo q ad illa filij & cõsanguinei nõ possunt admitti:ut in.cap.cum scd̃m de hereticis.in.6.c.excõicamus.il.i.in.§.i.iuncto.c.uergentis.extra.eo.tit. Tñ bona Christiano; qui redierũt ad ritus Judeo; ad filios Chr̃ianos qui in fide remanserunt spectare debent:& pro hac opinione.gl.in.d.c.cõtra christianos arguit:& licet ab illa uideat uelle recedere. Tñ mihi hoc plus placet.Qm̃ in pœnis amplectenda est benignior iterpretatio.c.in pœnis.de reg.iur.in.6.l.si de interprætatione.ff.de pœnis.l.cum quidã.ff.de liber.& posthu.c.licet.xlv.distinctio.

Et hanc opinionẽ corroboro ex his quæ uolunt Archidiaco.& Goffre.in sũma.xxiij.q.7.& Domin.de sancto gemi.in.c.accusatus.§.si uero.de hereticis in.6.& hosti.in sũma.de hereticis.in.§.quæ pœna.in.i.col.ubi dicunt.q quãuis de rigore bona hereticor; ipso iure publicent ẽt ad præiudicium filiorum & consanguineo;.d.c.uergentis.cũ simi.tñ ex misericordia & æquitate quæ est seruanda.c.licet.45.di.c.si quis.xxiij.q.i.c.cõstituerec cum gl.l.dist.not.p glo.in.c.ex ore.de priuile.bona reseruantur filijs & consanguineis orthodoxis.& qui.in fide Christi remanserunt p plures rationes quas refert Archi.in.d.gl.sũmæ.xxiij.q.7.

Illud uero quod ultimo loco dixit gl.& sequi uident Domin.& Archidi.in.d.c.contra Chr̃ianos p illum tex.debet intelligi de rigore & scd̃m seueritatẽ iuris uel qñ filij & cõsanguinei nõ extarẽt aut nõ remãsissent in fide:quia præuaricassẽt. Præterea inconueniens maximũ uideret esse q illi qui compulsi & coacti essent coactione ẽt causatiua quæ iustũ metum inferret qui ẽt caderet in cõstantem uirum qualis est metus mortis de quo loquit tex.in.d.c.contra christianos eadem pœna punirent redeundo ad ritus iudaicos & in fide errando qua puniuntur seu puniri pñt illi qui sunt uere Chr̃iani:& sponte sua se obtulerunt baptismo: cũ illi qui inuiti & p metũ coacti fecerunt potius dicantur pati q̃; agere:ut in.d.cap.sacris.cũ ibi not.quod met.cã.Et quia magis succurendũ est illi qui se obligauit ex necessitate q̃; illi qui ex mera & libera uoluntate. l.fideiussor.§.necessaria & ibi alex.ff.qui sat.cog.l.si dictũ.§.si cõpromisero.ff.de euict.Bal.in.l.eos.§.cautio

nem.C.

nem.C.de appell.Pet.de anch.in conſ.clxiiij.Rom.in rubrica de arb.col.xxviij.Et quis metus.prorſus non excludat culpam:cum pro nullo metu debeat quis mortalē peccatum incurrere.Tamen metus iuſtus culpā at[illegible]uat & minuit:ut in.d.c.ſacris.quod met.cauſa.Ex quo infertur q etiam minuen[illegible] a ſit pœna:Quia ubi minor culpa ibi eſſe debet minor pœna:quæ eſt cōmenſuranda culpæ ut habetur in.c.quæſiuit: de his. quæ fiunt a maio.par.capitu.l.i.C.de his qui latrones occiderunt.l.miles.§.mulier.ff.de adulte.in.fina.uerb.l.diuus.la.ij.ff.de fal.Et dicit ſalic.in.l.i.in.6.col.C.de raptu uirginum.hoc eſſe unum de principijs iuriſtarum. Et q propter metum & uim compulſiuam ratione minoris culpæ mitius quis puniatur eſt glo.not.in.c.ſiquis coacter.xxij.q.v.iuncto.d.c.ſacris:Et ſic infertur q tales eadem pœna corporali nec etiam publicationis bonorum ſint puniēdi: qua puniri debent hi qui ſponte effecti fuerunt Chriſtiani & poſtea a fide deuiarūt & receſſerunt. Et ideo omnino concludo q bona talium nouorum Chriſtianorum qui de hereſi eſſent condemnati & de cetero condemnandi forent,filijs & conſanguineis ipſorum ſunt reſeruanda,& in illis bonis filij & conſanguinei qui in fidē Chriſti remanſerunt ſuccedere debebunt non ſolum de iure & miſericordia uerum etiam ex tenore priuilegij decreti a Rege nouis Chriſtianis conceſſi & dati:in quo iſtud expreſſe cauetur: q de decretum & priuilegium tanq̄ cōformæ æquitati & diſpoſitioni iuris canonici ſaltem antiqui ſeruandum eſt:arg.eorum quæ habentur per glo.& Docto.in.c.i.de noui oper.nunciat.& in.c.ſi in adiutoriū.x.diſtin. & in.c.quoniam.ead.diſtin.& per Docto.in.c.quæ in eccleſiarum.de conſtitutio. ubi abbas & alij poſt Innocen.

Et quamuis crimen hereſis ſit mere eccleſiacum cuius cognitio & declaratio ſpectat ſolum ad eccleſiaſticum & non ad ſecularem iudicem tamen princeps ſecularis poteſt addere nouas pœnas:ut uoluit.do.Anto.in.c.cum ſit generale.de foro competenti. Ergo & magis poterit princeps in ſuo territorio ſtatuere circa bona temporalia acquirenda fiſco ſuo ut illa reſeruentur filijs & conſanguineis hereticorum qui de hereſi erunt damnati, & maxime in terminis noſtris. Tum quia huiuſmodi decretū regis adhæret magis miſericordiæ q̄ ſeueritati ut ſupra Tum quia iſtud decretum conforme eſt in hoc diſpoſitioni iuris canonici ſaltem antiqui ad quod de facili fit reuerſio. arg. l. ſi unus.§. quotiens. ff. de pactis. Tum quia ipſe Rex in hoc potuit ſibi præiudicare & iuri ſuo renuntiare cum bona fiſco ſuo eſſent acquirenda. c. cum ſecundum de hereticis. in. vi. c. uergentis eo. titulo. Et quilibet ſuo fauori poteſt renuntiare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.cum ſimi. Faciunt quæ plene habentur per Bal. Barto. & alios. C. de ſentent. paſ. l. fina. per illum tex. & per totum.ibi & per bal. in. c. i. in princ. hic finitur lex. in uſibus feudorum. Vbi princeps poteſt reſtituere quo ad bona etiam quo ad præiudicium iuris iam ſibi quæſiti. Ergo &c. hr̄ in.l.gallus.in.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.p Docto.& max.moder. Nec iſtis aduerſantur illa quæ ſupra in contrariū allegata fuerūt:Videlicet tex.in d.c.contra Chriſtianos:& alia iura.Quia tex. in.d.c.contra Chriſtianos ſimpliciter dicit contra tales coactos redeuntes ad ritus iudeorum procedendum eſſe

se tanq̃ contra hereticos non tamen dicit eodem modo & eadem pœna esse pu-niendos. Nam contra credentes & fautores seu receptatores hereticorum pro-ceditur sicut contra hereticos: Et tamen tales eodem modo non sunt puniendi: ut in. c. sicut. c. si aduersus. iuncto. c. excommunicamus il.i.& il.2. de hereticis. Et ideo tex. in. d. c. cõtra Christianos dicit cũ ministerio. Tãq̃ cõtra hereticos. No to dictionẽ tanq̃, quæ ẽ nota similitudinis, potius q̃ ueritatis. iuxta illud. euãgelij. Tanq̃ ad latrones exiuistis &c. C. cũ dudũ. extra de electio. il.i. cũ simili. Eodem modo responderi potest. tex. in. d. c. maiores. & in. d. c. de iudæis. Quia ibi non probatur q̃ eadem pœna cogendi sint ad seruationem fidei. Vnde in-telligo ipsos cogendos esse tanq̃ hereticos pœna arbitraria & sicut habetur in. d. c. pleriq̃: & in. d. c. iudei. i. questione. iiii. Quicquid dixerint Ioan. Andr. & Archidia. in. d. c. contra Christianos qui respondent uiolando multum il-lum tex. in. d. c. iudæi. Et hæc opinio est tenenda tanq̃ benignior & æquior. c. odia. de regu. iur. in. 6. cum simi.

¶ Capio tertium principale dubium Vtrum illis casibus quibus conclusum fuit supra q̃ contra nouos Christianos de heresi possit inquiri & procedi possint ue-teres Christiani. quos constat esse eorum inimicos & maliuolos & aduersus illos in necem conspirasse & coniurasse esse testes in causa heresis.

Et primo aspectu uidetur dicendum q̃ sic fauore fidei. arg. c. in fidei. de here-ticis in. 6. Vbi excommunicati infames & alij testes alias non idonei admittuntur in causa heresis.

Secundo quælibet inimicitia non repellit a testificando. Sed hoc relinquitur ar-bitrio iudicis qui extimabit an credendum sit nec ne. l. i. § praterea inimicorũ. ff. de quæstio: glo. in. c. cum oporteat. de accusat. cum simi. ergo &c.

¶ Sed istis non obstantibus in contrarium est ueritas. Considerando qualitatem inimicitiæ: quoniam non omnis inimicitia repellit testem. nam debet esse grauis seu capitalis inimicitia. § si uero odiosus. in auten. de testibus. ut est illa inimicitia quæ fuit contracta ex eo q̃ quis insidiauerit uitæ alicuius uel conspirauerit seu coniurauerit in necem alicuius: ut in. d. c. cum oporteat. cum glo. & in. c. cum dilectus de accusatio. c. per tuas. de simonia.

Item quando quis esset nimia familiaritate coniunctus illi qui esset inimicus ca-pitalis: ut arg. tex. in. l. latæ. § amicos. ff. de uerb. sign. & per glo. in. d. c. cum oporteat: & ibi Abbas: & est tex. & ibi Abbas & alij. in. c. cum. p. de accusatio. Vbi inter accusatum: & accusatorem de crimine dicuntur oriri ini-micitiæ quæ repellunt a testimonio. Et non solum inter accusatum & accusa-torem, sed etiam inter fratres & max. alios attinentes & propinquos accusato-ris. Item graues & capitales inimicitiæ sunt quando alicui minatus fuit mor-tem uel illius mortem desiderat. Item quando inter aliquos fuit lis & quæstio status aut omnium bonorum uel maioris partis: ut per glo. & Abba. in. d. c. cum oporteat. c. frequens. de restitutio. spoliato. Quoniam bona temporalia sunt uita hominum. l. aduocati. cum glo. C. de aduo. diuer. iudi.

Et idistincte uer̃ ẽq̃ capitales inimicitiæ quales sunt hæ quas sup nũerauĩ repel-

lunt a

lite a testimonio maxime in cã criminis.d.c.cũ oporteat.c.accedẽs:ut lite nõ con-testata.glo.in.c.per tuas.in uers.capitales.de simo. Quando uero inimicitiæ non essent capitales. Tunc an excludant est in arbitrio Iudicis ut uoluit glo. in. c.accusatores.3.q.5. Et ita intelligatur tex.in.d.l.i.§. præterea inimico-rum. & id quod uult glo.in.d.c.cum oporteat: & ibi abbas qui addit q etiã facta reconciliatione inimicitiæ:ut quia esset facta pax de recẽti repelleretur a te-stificando.c.2.3.q.5.glo.in.d.c.per tuas.in uerbo capitales: & in.d. c.accusatores: & per Innocent.in.c.cum.i.&.a.de re iudi.Et ex glo.in.c.me-minimus:quam sequuntur Abb.& alij:extra de accusatio.Colligitur q non solum ex accusatiõe criminali oritur inimicitia grauis quæ repellit testẽ & accusatorem. Sed etiam ex eo q quis fuerit testificatus cõtra aliquem in aliqua causa criminali Ex quo infertur q ad causandam inimicitiam iustam & grauem non attenditur an illa processerit ex iusta causa uel iniusta.Sed an fuerit talis causa quæ potuerit prouocare animum ad inimicitiam ut etiam habetur per abba.siculum in.c.cum p.& in.c.repellantur:in fin.extra de accusatio. Vnde stantibus præmissis.Con-cludo q in causa heresis testes inimici non admittãtur indistincte.si sit inimicitia capitalis & grauis.Si uero sit alia inimicitia erit in arbitrio iudicis attentis circũ stantijs inimicitiæ:ut supra & p ea quæ habent̃ p glo.in.c.accusatores.3.q.5. Et prædicta procedunt non solũ si constet liquide de inimicitia capitali sed etiam si sit simplex suspitio:quãuis de ea liqdo nõ appareat.ut p Innocen.in.c.cũ. I. de re.iudi.& in.d.c.cũ oporteat.& in.d.c.cũ.p.de accusatio.Bal.in auten.si dicat̃.C. de testi.Alexan.in.l.3.in apostil.ad barto.ff.eo.tit.& in cõsil.19.in.4.uolu.

Et q hoc procedat etiã in causa heresis probo per tex.in.d.c.in fidei.Vbi in fauo rem fidei specialiter introductum est contra regulas iuris ut testes in fames excõ municati & socij & participes criminis possint admitti. Ergo alij testes regulari-ter inhabiles de quorum fide potest uerisimiliter dubitari non poterunt esse testes argu.l.ius singulare.ff.de legi.

Præterea in causa heresis testes alias in habiles admittuntur nisi præsumantur fal sa dicere:ut in.d.c.in fidei.Sed testes inimici.maliuoli & cõspiratores præsumun-tur a iure non zelo iustitiæ sed malignitatis fomitæ testificari & deponere ut in d.c.per tuas.in uers.Nos uero.& in.d.c.cum oporteat.il.i ad testificandũ admit-ti non debeant utpote iuramenti præstiti transgressores.& in.c.2.&.3.3.q.5.er-go &c. Ad idem bonus tex.in.c.accusatus.§.licet.de hereticis.in.6.ibi non animi leuitate aut odij fomitæ &c.

Præterea in criminibus exceptis ut est in crimine Simoniæ in quibus testes alias inhabiles ut in fames & similes admittũnt̃ nõ possunt admitti testes inimici ma-leuoli & conspiratores:ut est tex.in.d.c.per tuas.in uers.Nos uero &c. Ergo idem dicendum est in crimine heresis.

Quod suadetur.Nam in crimine læsæ maiestatis testes inimici repelluntur:ut uo-luit Barto.in.l.in quæstionibus.ff.ad.l.iuliam maie. Ergo & in crimine heresis. Quia a pari procedunt.c.uergentis.de hereticis.&.c.cum secundũ.

co.tit.in.6.Et ex prædictis apparet responsum contrarijs.

Aggredior quartum dubium utrum illis casibus quibus de iure ut supra conclusum fuit posse inquiri & procedi de heresi contra nouos Christianos & presertim redeuntes ad ritus iudaicos seu contra alios ipsis inquisitis nomina & dicta testiũ & accusatorum sint publicanda:Cum præfati noui Christiani inquisiti per se nõ sint potentes & ob eorum potentiam non possit periculum aliquod imminere testibus nec accusatoribus. Et stantibus istis presupositis, Concludendum uidetʳ q̃ nomina & dicta testium & accusatorum sint publicanda prout de iure cõmuni in alijs criminibus publicanda & danda sunt: ut est tex.in.c.qualiter & quando.il.2.de accusatio.in u.ts.debet.Alioquin esset tollere quodãmodo defensionẽ: ut.d.uers.debet.ibi ut facultatem habeat defendendi seipsum:quæ est de iure naturali & quam tollere non potest etiam princeps in tm̃ q̃ processus aliter factus non ualet.et.clem.pastoralis.uers.Cæterum.de re iudi.l.non tantum. ff. de appellatio. Faciunt not.per glo.& docto.in.l.pactum inter hered. ff.de pactis. Vbi in causa criminis quis non potest renuntiare defensioni suæ. am de indicijs debet fieri copia parti inquisitæ:cum super his sit disputandum. l. unius.§.cognituram.ff de quæstionibus.per bar.in.l.fina.in fin. uerb. ff. eo tit. Et cum contineant defensionem hec tolli non potest ut supra Et faciunt quæ habentʳ p bar. in.l.filius in.2.colu.ff.de donatio.

¶ Propter tamen potentiam inquisiti uel accusati de crimine heresis speciale est fauore fidei ut nomina & dicta testium seu accusatorũ danda & publicanda non sint ut in.c.fin.de hereticis.in.6.Et ob hoc Abbas & alij docto.in.c.2.de testibus dicũt.q̃ speciale est fauore fidei in causa heresis ut testes possint recipi & examinari secrete & parte non citata:quando propter potentiam inquisiti uel accusati possit imminere periculum ipsis testibus:per tex.in.d.c.fin. Et idẽ dici potest secundum eos post hostiẽ.ibi in quacunq; causa ubi posset imminere periculum ipsis testibus & producenti illos:Et timor esset ne testes essent in breui morituri, uel ab futuri.His enim duobus concurrentibus uidelicet potẽtia aduersarij & timore mortis uel absentie testiũ possunt testes examinari etiã parte non citata, arg. tex.in.d.c.fina.

Item propter potentiam aduersarij authoritate principis hoc committentis potest citari quis publice per affixionem literarum in locis publicis clem.i. de iudicijs. Ergo in casu nostro si detur potentia talis illorum contra quos inquiritur ut possit imminere periculum poterit procedi in cã inquisitionis seu accusationis absq; eo q̃ dentur & publicentur dicta & nomina testium per prædicta.

Sed difficultas consistere uidetur quando dicatur adesse potẽtia seu de qua potentia sit intelligendũ:An de ꝓxima & imediata potentia? An uero ẽt de remota ut de illa quæ possit haberi mediante auxilio & fauore alioꝝ. Et uidetʳ dicendũ q̃ possit intelligi de utraq; per tex.in.d.c.fin.ibi.propter potentiã imminere posset periculum.Nam dictio propter denotat cãm etiam remotam & mediatã: ut per bar.in.l.i.§ ex incendio.ff.de incend.rui.& naufrag. Et ratio potest esse quia

maior

26579

maior est poena illius qui damnatur de isto crimine q̄ illius qui dānatur ex alijs criminibus. Ideo hoc est speciale in crimine heresis quasi maius periculum ꝑpter hoc in crimine isto immineat testibus.

Sed ani maduertendū est: q̄m cum tex. in. d. c. fina. requirat & exposcat potentiā in personis inquisitorum. ibi propter personarum potentiā contra quas inquirit. debet intelligi de illa potentia quam quis haberet rōne potestatis & dignitatis ꝑsonæ suæ & non ex coherentia aliorum: ut arg. tex. in rubro & nigro. C. de his qui potentiorum nomine &. C. ne liceat potentioribus patrocinium: iuncta glo. ubi id quod habet ibi de potentioribus intelligitur nō de quolibet potente qui quo quo mō puta ex coherentia & fauore alioꝝ posset patrociniū præstare. Sed de eo duntaxat qui ratione officij & dignitatis personæ posset terrere testes & accusatores & minacem posset feruorem ostendere. arg. l. si ꝑ impressionē. C. quod metus cā & in. l. i. C. si quacunq; predi. potestate cum simil. allegatis per glo. illam: & ibi Barto. & alij. Vbi innuunt non debere considerari potentiā aliunde prouenientem, sed immediate ex dignitate & officio personæ: Et ideo dicunt idem ibi esse si quis procuraret habere fauorem & patrocinium notarij seu familiaris ipsius habentis officium & dignitatem cum iurisdictione. Ergo infertur aliud esse in alijs qui non immediate haberent huiusmodi potentiam familiariū sed aliaꝝ ꝑsonaꝝ: Et ideo cū ministerio tex. in. d. c. fin. cōsiderat potentiā ꝑsonaꝝ cōtra quas inquiritur. Sed si in casu nostro esset inquisitum contra aliquos qui nō ratione officij seu dignitatis personalis essent potentes deberent dari ipsis nomina & dicta testium & accusatorum & illis essent publicanda nonattento q̄ tales essent mercatores diuites. Quia de tali potentia non loquitur ille tex. in. d. c. fin.

Præterea dico q̄ ille tex. debet intelligi de potentia personarum quæ consideratur de per se & non habita relatione ad aliud: & sic de potentia personarum reali & actuali. non autem de potentia potentiali seu possibili quam quis posset potentialiter habere. Quia si de tali intelligeretur semper in quocunq; casu & in quacunq; inquisitione quasi semper haberet locum dispositio. d. c. fin. & sic regulariter: cum possibile esset unicuiq; habere potentiam potentialiter: Cuius contrarium tamen præsuponitur ibi quod regulariter nomina & dicta testiū sint publicanda.

Præterea ille tex. loquitur de potentia inquisitorum propter quam immineret testibus & accusatoribus graue periculum puta mortis seu detruncationis propriæ & filiorum suorum uel parentum uel periculum deuastationis suæ substantiæ: ut in illo tex. iuncta glo. in uerbo periculum. Et consequenter de potentia ex qua actu & re posset imminere periculum nō autem potentialiter & secundum possibilitatem.

Et ideo ex predictis infertur q̄ cum non possit procedi contra nouos Christianos inquisitos seu accusatos de heresi nisi publicatis dictis & personis testiū & accusatorum: & nisi exhibitis capitulis de quibus est inquirendum: ut in. d. c. fin. & in. d. c. qualiter & quādo. §. debet iunctis præmissis. Sequitur q̄ si non

fuerint publicata nec exhibita:& ipsi inquisiti & accusati negauerint & affirmaue
rint se esse ueros Christianos q ipsi erunt absoluendi & liberandi nõ ãt cõdemnã-
di ut in.d.§.debet:& arg.l.qui accusare.C.de edendo.c.unico.ut eccle.benefit. & p
totum.2.q.8.& per totũ.6.q.2.&.q.5.in glo.summæ.& i.c.accusator. Nã etiam
in cã heresis absq testibus & probationibus non est procedendum:ut in.c.ut offi-
cium de hereticis in.6.

¶ Et non solum regulariter nomina & dicta testium & accusatorum inquisitis &
accusatis sunt publicanda:ut in.d.c.fin.& prout etiam concessum fuit per ipsum
Regem nouis Christianis ut illis casibus quibus inquireretur cõtra ipsos de heresi
q ipsis essent nomina & dicta testium publicanda ad effectum ut ipsi possent ex-
ceptiones & defensiones opponere contra dicta & psonas testiũ prout iure cautũ
extat:ut in.d.c.qualiter & quando.il.2.in.§ debet cum simi.l.supra allegatis:q pri
uilegium seu decretum Regis in hoc capite est seruandum omnino in mõ proce-
dendi cõtra inquisitos & accusatos huiusmodi de heresi:quoniam cũ huic decre-
to & priuilegio in hoc non contrarietur ius canonicum.Quinimo illi dicatur con
forme sequitur q illud erit seruandũ.iexta not.in.c.i.ubi glo.& Doctores. de no.
ope.nuncia.c.si in adiutorium.x.dist.habetur per Docto.cõmuniter in.c.ecclesia
sanctæ Mariæ:& in.c.quæ in ecclesarum extra de constitutio. Et ideo cum illud
decretum Regis simpliciter hoc concedat debet intelligi simpliciter & indistincte.
c.si Romanorum.19.dist.cũ simi.sz etiã ipsi inquisiti & accusati capti & detenti
ad hoc ut contra eos possit procedi,debent poni & detrudi in carcere publico: cui
carceri deputandi sunt publici custodes.secundum quod habetur in clem.i.de he
reticis:Et hoc propter multas fraudes quæ circa carcerem & illius custodiam pos
sent perpetrari ut ibi dicitur.

¶ Aggredior quintum principale dubium. Vtrum priuilegium & decretum con
cessum a Rege nouis Christianis super tempore & mõ procedendi in crimine hæ-
resis contra ipsos,& super alijs de quibus in dicto priuilegio sit seruandum:con-
tinebat.n.dictum priuilegium primo q per uiginti annos a die concessionis ipsi-
us nõ posset inquiri contra ipsos de heresi. Secundo q lapsis uiginti annis pos-
set inquiri cum quatuor capitulis tamen infrascriptis uidelicet.

Primo q in inquisitionis & accusationis cã procederetur simpliciter sicuti contra
quencunq alium accusatum & inquisitum de crimine alio,& secundum ordinem
qui seruatur in alijs criminibus in foro.seculari.

Item & secundo q infra uiginti dies a die perpetrati criminis posset accusari uel
inquiri de crimine heresis & illis elapsis non esset locus accusationi denunciatio-
ni seu inquisitioni. Item & tertio q testium publicatio deberet fieri ad effectum
ut inquisiti seu accusati possent. uidere testes iurare & contra personas & dicta te-
stium exceptiones & defensiones opponere.

Quarto q quamuis forte alias bona ob crimen talis heresis essent confiscãda seu
ipso iure confiscata dicerentur tamen q dicta bona peruenire deberent ad ipsorũ
filios & successores qui in fide remansissent.

¶ Stantibus istis capitulis dicti priuilegij concludendum est illud potuisse a Re-

ge concedi quo ad quædam capitula & quo ad quædam non. Nam ualuit dictū priuilegium quo ad ultimum & penultimū capitulum ut etiā tetigi supra: Quia quod publicanda sint nomina & dicta testiū inquisito seu accusato de heresi hoc esse dicitur etiam concessum in crimine heresis regulariter: prout de iure cōmuni in qualibet cā criminis cautū est ut in.c.qualiter & quando il.2.in.§.debet. de accusatio.& arg.tex.cum ibi not.in.c.2.extra de testibus.

Et quamuis in causa heresis sit speciale propter potētiam inquisiti uel accusati ut sibi non sint edenda nomina nec dicta testium.d.c.fin.de hereticis in.6. Tamen ex quo per decretum & priuilegium principis seu Regis concessum fuit simpliciter & indistincte q̄ inquisitis & accusatis nomina & dicta testium publicanda forent.ad effectum ut ipsi possent uidere testes iurare. Item opponere exceptiones & defensiones suas contra personas & dicta testium debet hoc priuilegiū & decr.tum intelligi indistincte generaliter & simpliciter etiam data potentia quali ipsorum inquisitorum seu accusatorum ad hoc ut priuilegium in hoc non dicat frustratorium & ut aliquid operet ultra ius cōmune iuxta tex.in.l.si qū in princ. C.de inofficioso testamento.l.i.ff.ad municipales not.per glo.& docto. in. c.i. de rescriptis.

Et ita illud intelligēdo res reducitur ad ius commune & ad cōmunes regulas quæ habent q̄ ille contra quem testes petuntur examinari,debent citari ad uidendum iurare testes & ad opponendum exceptiones contra personas testium:ut in. c.2. extra de testibus.§.& hoc uero in auten.de testibus.collat.7.& in.l.si quādo.C. de testibus.

Ex quibus etiam cauetur q̄ in qualibet causa inquisitionis criminis nomina & dicta testium ipsi inquisito sint publicanda ut facultatem habeat defendendi seipsum:ut in.d.c.qualiter & quādo.il.2.i.§.debet.Ergo ualebit.quia res de facili redit ad ius cōmune.d.l.si unus.§.quotiens.ff.de pactis.Et ius speciale facilius tollitur q̄ ius cōmune ut in.l.eius militis §.si militia missus.ff.de milita.test.Et tanto magis hoc procedere debet quando reuertendo ad ius cōmune conseruaretur defensio quæ est de iure naturali:arg.l.pactum inter heredes.cum glo.magna.ff. de pactis.cum simil.supra allegatis:prout in casu nostro diceretur conseruari:ut in. d. c.qualiter.§.debet.Item q̄ bona hereticorum conseruentur filijs & consanguineis successoribus in fide remanentibus & perseuerantibus & prout cautum fuit in dicto priuilegio seu decreto Regis:ut plenius probatū fuit supra dicitur in iure fundatum tam ex misericordia quæ est seruanda q̄ etiam ex dispositione iuris saltē antiqui cui non uidetur derogatum expresse nisi ex opinione quorundā scribentium ut supra ostensum fuit.

Et ideo cum istud decretum Regis quo ad ista duo capitula sit conforme æquitati & iuri cōmuni canonico illud seruandum est etiam in crimine heresis:ut p do. Anto.in.d.c.cum sit generale de foro competenti: & arg.eorum quæ habentur p glo.& docto.in.d.c.i.de no.oper.nunc.c.si in adiutorium:& in.c.certum ubi casus:& in.c.q.n.10.dist.cum simil.supra allegatis:quæ aliter non refero.

¶ Quo uero ad alia capitula in dicto priuilegio & decreto consistentia arbitror

dictum priuilegium seu decretum uiribus non subsistere tanq̃ factum contra dispositionem iuris cõmunis & contra regulas iuris canonici ab eo qui non habuit ius statuendi & disponendi. Quoniam cum crimen heresis sit crimen mere ecclesiasticum quo ad modum procedendi & declarandi non potuit princeps secularis super eo disponere nec statuere. Alioquin puniretur ut habetur in.c.ut inquisitionis.§.prohibemus.de hereticis in 6. Et quamuis ille tex.loquatur solum quo ad cognitionem criminis & quo ad exercendam iurisdictionem contra inquisitos super tali crimine. Tamen idem est etiam quo ad statuendũ super tali crimine seu ad fauorem eorum qui in illud inciderint. Quoniam conuertuntur statuere & iurisdictionem exercere.c.2.de constitutio.in.6.Bart.in.l.omnes populi.ff.de iusti & iure. Et ita in terminis concludunt do.Anto.Abbas.& alij in.d.c.cum sit generale.per tex.in d.c.ut inquisitionis.§.prohibemus.

Sed huiusmodi priuilegium seu decretũ quo ad dicta alia capitula concernit modum procedendi & tempus infra quod posset procedi ad fauorem eorũ qui dicerentur huiusmodi crimen comisisse:ergo &c. Infertur q̃ quo ad dicta alia capitula exceptis duobus ultimis dictum priuilegium non dicit̃ subsistere nec uires habere ut priuilegium seu decretum ut supra nec etiam in uim contractus.

Primo quia non uideo aliquem contractum uel quasi per huiusmodi priuilegium cum suis subditis Regem contraxisse. Quoniã non interuenit merces seu præmiũ pro obtinendo tale priuilegium. Nec etiam interuenit mutua seu reciproca obligatio nominata uel innominata quæ si interuenissent diceretur priuilegium cõtinere contractum uel quasi:ut habetur per paul.de cast.in.l.digna uox.C.de legi. Et alias plene discussi in.c.i.extra de constitutio.& in.c.i.& ibi.abb.& alij: maxime Felinus extra de probationibus:& habetur per do.Cardina.in cons.147.& p bal.in.l.qui se patris.C.unde liberi Facit glo.in clem.2.in.§.pen.in.uer.pacta.de sepultu.& ibi do.Cardina.& Imola & alij.Roman.in singulari.8.Alexan.in cons.122.in.4.uolu.

Secundo quia tale priuilegium etiam si initum & concessum fuisset in uim contractus non teneret quia factum & concessum super his quæ sunt prohibita ipsi concedenti iuxta tex.in.d.c.ut inquisitionis.§.prohibemus iunctis his quæ habentur per Abba.& alios in.c.2.in notabilibus extra de testibus:& in.l.non dubium per docto.maxime per bal.C.de legibus. Et ideo non debet ualere.l.quemadmodum.C.de agrico.& censit.lib.11.& in.d.l.non dubium:& arg.c.si diligenti de for.competenti:& in.l.si unus.§.& in summa.l.ius publicum.ff.de pactis.iũctis his quæ habentur in.d.c.cum sit generale de foro competenti: per do.Antoniũ & abbatem. Vbi non ad principem secularem sed solum ad conditorem canonis spectat statuere super crimine heresis.

¶Dubitat̃ sexto ãn bullæ Apostolicæ impetratio obtenta a Rege moderno post dictum priuilegium a prædecessore suo concessum & ab eo ex certa scientia confirmatum super modo inquirendi de heresi cõtra nouos Christianos nulla facta mentione de dicto priuilegio nec de il'ius confirmatione nec illius obseruantia, dicatur subrepticia & uiribus carere.

Et ui-

Et uidetur concludendum q; sic per regulam generalem & infallibilem de qua in .c.super literis.extra de rescriptis per quē tex. dicunt do. Anto. & Ioānes de Imola ibi allegantes not. per Iaco. butriga. in. l. præscriptione. C. si contra ius uel uti. publi. & Ioan. Andr. in. c. cum dilecta. extra de rescriptis. Quod subrept. etiam non dolosa uitiat ipso iure & indistincte priuilegium: Quia priuilegiū est lex priuata: in quo conclusio est precisa quo ad mentem generalem & specificam cōcedentis qui specifice intendit priuilegium concedere. Felinus in. d. c. super literis, in 3. colu. ibi limita. tertio &c.

Subreptionem autem inducit non exprimere ea quæ si fuissent expressa potuissent mouere animum principis ad non concedendum uel difficilius concedendū: ut in. c. postulasti. extra de rescriptis. iuncto. c. si motu proprio. de præben. in. 6. Abbas & ibi Felinus in. d. c. super literis in. 6. colu. in uers. exprimenda sunt &c. Et presertim cum in casu nostro ex parte Regis impetrantis nō possit dici q; ipse tacuerit de dicto priuilegio & de illis confirmatione ex ipsius ignorātia. Sequit. q; talis taciturnitas simpliciter & indistincte uitiat. d. c. postulasti. iunctis his quæ dicit Felinus. in. d. c. super literis in. 5. colu. ibi limita. secundo in uers. Considera bene &c.

Præterea quando non exprimitur: illud quod si fuisset expressum princeps non concessisset uel ita de facili non concessisset talis taciturnitas quæ non fit ex ignorātia uitiat priuilegium seu rescriptum etiam si illud esset reducibile ad terminos iuris cōis ut uoluit Abb. in. d. c. super literis reprobādo do. Anto. in. hoc ibi.

Ergo præsuposito q; impetratio bullæ quam obtinuit Rex sit cōformis dispositioni iuris cōmunis & ad illud sit reducibilis. Tamē ex quo tacitum fuit de dicto priuilegio & de illius obseruantia & usu. Quæ si fuissent expressa saltē papa concedens ita de facili non concessisset. Sequitur q; dicta impetratio debet dici inualida & nulla. Et an ita de facili fuisset concessurus attenditur probabilis coniectura uel q; in contrarium sit cōmunis stilus & obseruantia. Quoniam non præsuponitur q; princeps uoluerit aliquid concedere contra stilum & cōmunem obseruantiam: ut in. c. 2. & ibi plene habetur extra de rescriptis. & maxime per Felinum ibi in. 6. colu. in uers. Præsuponitur contra rescriptum &c. Et maxime si stilus & cōmunis obseruantia curiæ esset fundatus seu fundata in aliquo priuilegio præambulo: & de illo priuilegio non esset facta mentio in cōcessione postea facta a papa per quam res reduceretur etiam ad ius cōmune. Quoniam de priuilegio est facienda mentio. Alioquin concessio dicitur subreptitia. Quia præsumptio est q; si de illo facta esset mentio. q; ita de facili papa non concessisset ad derogationem priuilegij quod non est reuocādum absq; iusta causa. glo. in. c. priuilegia. 25. q. 2. c. decet. cum ibi not. de regu. iur. in. 6. c. ueniens cum materia: extra de præscriptio. Et probatur istud in. c. cum ordinem. extra de rescriptis. & per glo. in. d. c. super literis in uers. literis: in. d. c. i. eo. tit. c. extra parte: de priuilegijs. c. ex literis. de constitutio. c. pen. de cleri. non resident. Et non solum de priuilegio: sed etiam de confirmatione fieri debet mentio: ut in. c. bonæ. §. uerum: de confirmat. util. uel inutil. c. ex parte: de constit. c. dilecto: de prebendi. circa finem.

Præterea ex quo præfati novi Christiani erant in quasi possessione. colorata dicti priuilegij & contentorum in illo & in dicta quasi possessione colorata diu & per longum tempus steterunt. Sequit̃ q̃ impetratio bullæ apostolicæ a rege facta non facta mentione de dicto priuilegio nec de dicta quasi possessione colorata nõ ualuit & ipso iure fuit nulla. Quia sicut non ualent literæ gratiosæ ad beneficia ita nec priuilegium quando de possessione colorata non dr̃ facta mentio. c. cum nostris. de concessio. præbendæ. Qui tex. probat q̃ non solum non ualent literæ seu collatio sic impetratæ uerum etiam non ualet processus executiuus inde secutus ut ibi etiam notatur: & in. d. c. ad audientiam. il. 2. & ibi do cto. de rescrip.

Nec obstat q̃ in literis apostolicis non debuit fieri mentio de dicto priuilegio nec de dicta quasi possessione colorata. Cum clare constaret dictum priuilegium Regis non ualere propterea quia concessum a potestate seculari quæ non habuit potestatem disponendi nec statuendi super crimine heresis quod est mere ecclesiasticum: ut per do. Anto. Abba. & alios in. d. c. cum sit generale de for. compet. Quia illud tacitum habet inualidare literas apostolicas, quo expresso papa non dedisset literas, uel non ita de facilis dedisset: ut in. d. c. super literis. & in. d. c. postulasti. de rescriptis.

Sed si in casu nostro fuisset expressum q̃ priuilegium fuisset concessum a rege super modo procedendi in causa heresis: Et consequenter constaret illud euidenter esse iniustum & etiã omnis quasi possessio eius similiter esse euidenter iniusta papa nõ solũ dedisset suas literas immo facilius illas dedisset ne notorie dicti noui Christiani essent in dicta quasi possessione iniusta & ne notorie dicerentur uti priuilegio iniusto & nullo uidelicet facto & concesso ab eo qui non habuit potestatẽ concedendi. Quoniam nulla est maior nullitas q̃ illa quæ prouenit ex incompetentia. l. fin. C. si a non compet. iudi. not. in clem. i. de re iudi. & in clem. i. de sequestratio. possess. & fructuum. Et quia prohibitum est laicis & principibus secularibus disponere & prouidere super crimine heresis & maxime in fauorem hereticorum. Et stante huiusmodi priuilegio imminebat periculum fidei & periculum animarum. ut arg. d. c. ut inquisitionis. § officium. de hereticis in. 6. Ergo quamuis fuerit tacitum in literis apostolicis de dicto priuilegio & de dicta quasi possessione. Tamen ob hoc non debent literæ apostolicæ dici nullæ. Quia dicta quasi possessio non potest dici colorata sed potius incolarata & euidenter iniusta: ut colligit̃ in simili ex his quæ uoluit glo. cum his quæ ibi dicit Abbas. in. d. c. cum nostris. in glo. in uers. iusta.

Quoniam potest responderi q̃ & si priuilegium illud & etiam eius quasi possessio possint dici euidẽter iniusta nulla & inualida aliquo respectu uidelicet quo ad modum procedendi ut supra: Tamen alio respectu poterant dici ualida uel saltẽ colorata respectu publicationis bonorum & aliorum quæ ad ipsum Regẽ & eius fiscum erant acquirenda & applicanda: per ea quæ dicta fuerunt supra. Et ideo saltem hoc respectu de dicto priuilegio in literis apostolicis fieri debuit mentio per prædicta: & per ea etiã quæ uoluit Abbas. in. d. c. cum nostris. Quia si de illis facta fuisset mentio papa non ita de facili concessisset ut supra. Faciunt etiam

quæ

bentur per Abbatem in . c . quia circa . in glo . fi . de conſanguinit . & affinita.
Et latiſſime uide do . Felinum.in.dicto . c . nihil cum ſcandalo . Vbi propter ui-
tandum ſcandalo recedendum eſt a diſpoſitione & regula iuris communis: ut ple
niſſime colligitur ex his quæ ibi refert ponendo ultra triginta caſus in quibus re-
ceditur a regulis iuris . Item propter ſcandalum uitandum remittitur pœna cri-
minis quando magna multitudo peccaſſet . glo . in . c . i . l . 55 . diſtin . & per
beatum Thomam ſecunda ſecundæ . q . cyiij . articulo.i.in fine . Item inquiſi-
tores hereticæ prauitatis non poſſunt nec debent ꝓcedere contra hereticos quan
do magna eſſet multitudo peccantium ſed papa debet prouidere : ut notabiliter
uoluit Ioan.And.in.c.inquiſitores.de hereticis in.6.ſequitur Felinus in. d.c.nihil
cum ſcandalo.ibi.nono &c. Et ſic ratione ſcandali hoc eſt ob multitudinem &
qualitatem peccantium non ſeruatur modus & ordo procedendi in crimine here
ſis.Sed papa eſt conſulendus & debet prouidere ne ſequatur ſcandalū & turbatio
inter Chriſtianos ut ibi & arg.l.ſi familia.ff.de iuriſdict.oi.iudi.l. aut facta.§.fin .
& ibi barto.ff.de pœnis.glo.in.c.latores.de cle.excōmunicatio.miniſtrante . & in
c.ij.de tempo.ordinat.& in.c.contemnere.30.diſtinct. Et ita ſtantibus præmiſ-
ſis in puncto ex his quæ dicta ſunt Concludendum eſſe arbitror in omnibus arti-
culis ut ſupra examinatis.Salua tamen deliberatione & ſententia ſanctiſſimi. D.
N.p̄p̄ Clementis. VII. & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſie.Quorum iuditio & ſen
tentiæ in his & in omnibus alijs ſemper me ſubijcio & ſtare proteſtor. Laus Deo
opt.maximoq; Amen.

Vt ſupra dictum & concluſum eſt in omnibus articulis dico & conſulo ego Augu
ſtinus Berous.I.V.Doct.Bononienſis iura Canonina in Almo patriæ meæ Gym
naſio publice de mane ordinariæ interpretans in quorum fidem ac teſtimonium
hic me ſubſcripſi ſignumq; conſuetum apponi iuſſi.

Diuino Implorato p̄ſidio uiſo & mature cōſiderato cōſilio excellētiſſ. do. Augu .
ſupra conſulentis idē q̄ ſupra concluſum fuit Dico eſſe uerum & de iure ego Phi-
lipus Decius MEDIOLANENSIS . V . I . Doctor hic Senis iura ciuil
lia de mane legens & in fidem manu propria me ſubſcripſi & ſolitum ſigillū apo-
ſui ſaluo ſemper iudicio ſaniori ad laudem Dei Omnipotentis .

Omnipotentis dei inuocato presidio.

Casus talis est.

In regnis/& dominijs /regni Portugallie/& algarbiorum:erant plures iudei mares & femine:quos Rex Emanuel preclare memorie:decreuit ad nostram catholicam fidem conuertere: Sunt iam.35.anni elapsi:circiter : Et licet alias : bono:sancto.fideiq; consonanti zelo (uti Christianissimus) rem ita sancte facere proposuisset:ipsos tamen oes pro maiori parte Christianos fecit:anno.1497.uel circa:medijs sequentibus.

Primo mandauit quod omnes filij:tam masculi quam femine:minores etateq; a patribus seu matribus caperentur:& Christiani fierent:Qui omnes pro maiori parte sic capti:ipsis cōtradicentibus:proclamātibus: & protestantibus : Christiani facti fuerunt.

Patres uero & matres:ceterosq; pene omnes p uim precisam:sola nominis impositione aqueq; benedicte sparsione: Christianos fecerunt & nunc parunt: multi etiam per metum:& compulsionem:non tamen precise ad fidem conuersi fuerunt.

Videns autem prefatus Rex Emanuel:quomodo sic uiolenter Christianos fecerat: Et quod non erat possibile ipsos sic conuersos : fidem integraliter posse tenere Christianam:Videns etiam quomodo ueteres ipsi Christiani illos Iudeos tantopere odio tenebant:quod multis in rebus eos: ut capitales inimicos prosequebātur:Et quod ab isto a longe deuecto:uilis pretij habitu:& maximo odio processerat:ut eodem odio maloq; animo: ipsos iam Christianos factos tenerent,uti tenebant:abhorrebant & detestabātur: uolens etiā ut maiori deuotione:& fiducia ad sanctam fidem conuerterentur:prouidere uoluit istis de oportuno & maximopere necessario remedio ut in posterum quo ad fidem:quam iam tenebant:non acerbe molestarentur seu inquietarentur : Et tempore conuersionis predicte:uel paulo post eis concessit priuilegium sequentes continens clausulas.

Primo quod per.20.annos a die conuersionis predicte computandos:non possit contra eos inquiri aliquo modo:Et quod lapsis dictis.20.annis(put nūc sunt)si contra istos procederetur:fieret cū sequentibus qualitatibus & clausulis in priuilegio contentis.

Primo quod si aliquis de istis nouis Christianis esset accusatus:ob hereticā prauitatem:procederetur aduersus ipsum:sicuti contra quēcunq; alium accusatum de alio crimine seu facinore:Et hoc secundum ordinē Regie Iurisdictionis datum in alijs quibuscunq; delictis.

Secundo quod infra.20.dies:possent de dicto crimine : fideiq; errore accusari alias enim lapsis dictis.20.diebus:non esset locus accusatoribus ad denunciandum seu accusandum.

Tertio q̄ testium publicatio fieret:ad hoc:ut eosdem testes iurasse uidissent: Et in ipsorum testium personas obiectiones exposuissent.

FFFF

¶ Quarto quod licet aliás uenissent confiscanda bona in conuictum de tali crimine: uolebat tamen: quod ad filios: & delinquentiũ successores deuenissent: Et quod hæc omnia durassent: sine aliqua temporis limitatione.

Quod quidem priuilegium: ipsi bona fide: acceptarunt: Et dictis. 20. annis durantibus: non quidẽ inquietati fuerunt p inquisitionem: uel aliud iuris remedium: ipsis etiam lapsis: eodem priuilegio: cum dictis clausulis: in usu & praxi ca: quotiens casus tales accidebant: utebantur: usq; quo: prefatus rex Emanuel An. 1520. suos clausit dies ultimos: quo in fata cõcedente: eius serenissimus filius princeps Iohannes (nunc Rex) In predictis Regnis & dominijs successit: quo tempore: iam tũc magna pars nouorum Christianorum erat de descendentibus: & consanguineis ipsorum / qui sic predicto mõ conuersi fuerunt: qui descendentes: & consanguinei Christiani iam nascebantur: aliosq; Christianitatis actus exercebant: erant etiam illo tẽpore in dictis regnis quã plurimi noui Christiani: qui de regnis propinquioribus: in dicta Regna Portugallie: ut ibidem securius uiuerent uenerunt.

Videns autem prefatus Serenissimus Ioannes Rex: quomodo hi omnes etiam natiuitate christiani: a toto suo populo: odio prosequebantur (nulla enim in regnis predictis: fiebat, sicut & nec fit, inter istos: distinctio & differentia: omnes nanq; passim modis de quibus supra pertractant & uilipendunt: uolẽsq: ut maiori deuotione: & fiducia sctãm ãplecterent fidem: dictũ priuilegiũ eis confirmauit eodem anno. 20. sicuti & prefatus Rex suus pater concesserat: ut dictum est.

Quam quidem confirmationem: etiam tunc bona fide acceptarunt: & usq; ad annum quingentesimum. 32. pacificam & indubitatam habuerũt: sicque adimpleti sunt dicti. 35. anni ut supra.

¶ Medio autem tempore: dicto rege Emanuele uiuente: serenissimoq; Iohanne filio (nũc Rege) regnante: multa hinc inde: in predictos mala euenere: tantopere. n. ipsi ueteres Christiani: istos iam Christianos factos: capitali odio: ut dictum est: habebant: & habent: quod si terra: aqua indigebat seu indiget: & pluuia de celo non cadit: uel si aliquando contremit: seu si sterilis annus existit: aliaue mala, aduersaq; quandoq; in regnis & dominijs predictis eueniunt: dicunt: & pro certo tenent: & affirmant: illud esse: ipsorum nouorum Christianorum causa: Quod non solum uulgus ipsum: uerum & monachi: regulares: ecclesiastici: predicatores: litterati & apud ipsos fide digni homines: illud cõprobant: & attestantur: dicentes & proclamãtes ut ipsos nouos Christianos: ea de causa occidant & deperdant. In tãtum: quod in dicta ciuitate Vlixbone que potentissima caputq; est omnium: que in dictis Regnis & Dominijs sunt: monachi ipsi: regulares: pdicatores: & ecclesiastici: ceteriq; ueteres Christiani: masculi non solum: sed & femine naturam propriam muliebrem excedentes: Regem eiusq; iusticiam non tantum: sed (& quod fortius est) animarũ periculum earunq; euidens exitium: & deperditionem non timentes: In eosdem nouos Christianos insurrexerunt: & manu armata cum gladijs & fustibus

bus

bus:ignibusq; hinc inde appositis: ultra duo mille animas uiuentes occiderunt quarum & quamplurimæ Christiani: natiuitate: & baptismate erant.

Vbi non senis extremum piguit uergentibus annis:
Precipitasse diem: nec primo in limine uite:
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine: quo parui: cedem potuere mereri?

Nec & tacendum est de illis pregnantibus: quas inibi cum uentribus occiderunt: A nullo itaq; reuocatum est pectore ferrũ: de quo merito dici posset.

Prohfata: quis ille: quis fuit ille dies: populus quo menia uictor
Corripuit: quantoq; gradu: mors sæua cucurrit:

Sed nec & hoc solo sanguine satiati per totum regnũ & dominium predictũ maximus popoli tumultus ortus est: uolebant enim eadem sicut & ulixipone facere: & ppetrati: facientes in populis seditiones: murmura: iurgia: tumultus: & inter se ipsos monopolia & de omnibus nouis Christianis occidendis pacta & coniurationes: nisi dei gratia Emanuel prefatus rex: omnia hinc: inde tumultusq; populi leniret uti leniri fecit.

Ipsi autem uidentes: quomodo hæc uia taliter claudebatur: linguis: ualidius & oculus illos iugularunt & occiderunt ut iugulant & occidunt: Imposuerũt nanq; (ut & falso ipsis imponunt) quod iudaicos ritus adhuc teneant: quo quam plurimos falsis testimonijs morti tradiderunt: facta ut dictum est: inter testes coniuratione.

Nec & mouebantur: seu mouentur: precibus seu precio: nec & si uidissent, uti uidebant & uiderint ipsos morientes patienter in Christo Redemptore nostro mortem subire: & crucifixi sanctorumq; effigiem amplecti: ceterosq; Christianitatis actus bene & laudabiliter exercere.

Quod totum & predicatores publice in ecclesijs predicantes: nõ solũ laudãdũ: sed & executioni mandandum cõmendabant uti predicant & cõmendant.

Prohibent & ultra: ueteres ipsi ciues Christiani: per totum regnum & dominiũ nouos istos Christianos: ciuilia in ciuitatibus officia seu honores: quantumcunq; idonei & sufficientes sint cõsequi: non ualere: distinctionem/ diuisionẽ: & differentiam gentis: in omnibus facientes: in fide: & ecclesia dei: ubi nulla unq; erit sicut nec fuit/ nec est exceptio personarum.

Aliter & ultra miserrimos istos opprimere: & incarceratos quodãmodo tenere uidentur Paucis nãq; retroactis diebus aliud promulgatum fuit proclama & preconium per totum regnum & dominium: quo mandabat uti, mandat. Rex: quod nemo ex dictis nouis Christianis: sub pena capitis: omniũq; bonorum amissionis: regna sua & dominia predicta: sine suo pprio mandato exeat: & effugiat fugiebant nãq; quolibet die desperati: cũ seipsos sic clausos & modis predictis ab inimicis uilipensos uiderent: Et regna & dominia infidelium (ut ibidem securius & iudaica forte lege uixissent, petebant.

Cuius proclamatis promulgatione: tãtus hinc inde in toto regno: tumultus populi: iterum factus est: quod non solum: & cõiurationes uerbo ut testes: sed ut

criminum facinorumq; aggressores: eo ipso demonstrarunt taliter quod si rex & iusticia properanter non puideret iterum atq; iterum seipsos homicidas (ut ante eo ipso furoris odijq; impetu: facere proponebant: quod maxime euenit in ciuitate Lamace dicti regni Portugalliæ: ubi hæc omnia testibus fide dignis pbata sunt. Que omnia supradicta: non solum comprehendunt illos: qui tempore conuersionis: concessionisq; priuilegij uiuebant: & alios quoscunq; suos descendentes et natiuitate Christianos: & alios etiam: qui de regnis propinquis in dicta regna: & dominia uenerunt ut ibidem securius uiuerent: & tractarentur: ut dictum est / quos tamen omnes passim: nouos Christianos: sine aliquali personarum distinctione: nuncupant: & modis de quibus supra pertractant & uilipendunt.

ℭ Nunc autem cum aliqui prelati / & Iudices per denũciationem: accusationem: & inquisitionem: procederent: cõtra aliquos ex illis: ob heretice prauitatis crimen seu errores: noluerunt adimplere dictum priuilegium: dicentes quod in his que ius tangunt canonicum & mere sunt ecclesiastica: non potuit princeps secularis priuilegiare seu dispensare: & quod fortius est, idem princeps, paucis retroactis diebus, petijt a summo pontif. ut bullam ad inquirendum, in hereticos dedisset, nominauitq; istos, non exprimendo quod dictum priuilegium concesserat, quod iã per annos. 36. ipsi noui Christiani habebãt, & eodem utebantur, ut dictũ est. Summus autem Pontif. predictam bullã cõcessit, nulla de dicto priuilegio facta mentione, Et licet alias, creati fuerunt officiales qui predictis incumberent, omnia tamen stant & supersedent in isto statu, mandato domini Papæ interueniente.

Visis sic omnibus, in facti narratione contentis, quibus non solum uitã acerbam, sed potius mortem assidue nouos ipsos Christianos pati merito dici potest.

Queruntur sequentia.

1 ℭ Primo, an predicti conuersi, modis de quibus supra, teneantur fidem nostram catholicam seruare, & tenere, ex tam longi tẽporis taciturnitate & approbatione, Et si erit idem in filijs suis, eorũq; descendentibus, qui nati baptizantur omnesq; Christianitatis actus exercent, ut dictum est.

2 ℭ Secundo, dato quod teneantur, utrum ex eo, quia a proximis retro tẽporibus sic conuersi fuerunt, metu, fraude, & uiolentia, non possit aduersus eos inquiri, de heretica prauitate, per inquisitionem, uel uisitationem, uel alias in regnis, & dominijs, ubi totus undiq; populus, eis inimicus ẽ, ut supra, nec cõtra filios suos & descendẽtes, qui aliquam fragilitatem ex lacte forte possunt habere, & eadem inimicitatis ratio, in eis militat ut dictum est.

3 ℭ Tertio dato quod teneantur: & quod possit inquiri: an ueteres ipsi Christiani quia capitales inimici: & coniurati sunt aduersus istos ut supra: & latius probabitur quando opus fuerit: non admittantur in testes: contra ipsos, in casibus istis hereticæ prauitatis, in quibus, & pro quibus, tot iã Christianos factos occiderunt & concremarũt, & cõtra ipsos cõiurati fuerũt ad illos occidendos, falsaq; testimonia imponenda.

4 ¶Quarto: an cõcessio dicti priuilegij: ex predictis causis: potuit aliquo modo de iure subsistere: licet alias princeps secularis concessit: tanq̃ in regnis & Dominijs suis: potuit in illis aliquid disponere: & inter tales uasalos: ut dictum est.

5 ¶Quinto dato quod priuilegium non teneat: nec de iure ualeat: utrum rex concedens: potest obligari uirtute dicti priuilegij: tanq̃ uirtute contractus: ut omnia sic teneat & affirmet: saltim respectu bonorum: ut etiã si nolit teneatur adimplere: cum quod suum erat, uel esse poterat: per priuilegiũ abdicauit.

6 ¶Sexto an similiter tenebitur idẽ rex: uirtute dicti priuilegij: ad hoc: ut contra istos aliqualiter uenire non possit nec petere: uti petijt: dictam bullam ad inquirendum contra istos: quasi non possit ipse: nec quicunq̃ alius: etiã prelatus & ecclesiasticus: de regnis & suis Dominijs: contra factum & promissionem predictam uenire.

7 ¶Septimo utrum ex predictis: bulla quam rex obtinuit: ut contra populũ suum & expresse istum inquireretur: dicatur surreptitia: respectu istorum: ex hoc: quia non fit in ea mẽtio dicti priuilegij: & impetrans: qui idem rex fuit: seu alius pro eo illud substituit: quod moueret papam ad difficilius concedendum: uel forte cum limitatione istorum: uel ad non cõcedendũ: uisis hinc inde rationibus: ut dictum est.

8 ¶Octauo: dato quod possit inquiri: & ueteres ipsi Christiani possint esse testes: utrum de iure tenebitur Summus Pontifex: confirmare: seu de nouo concedere: inquisitionem fieri: cum qualitatibus: & requisitis contentis: in dicto priuilegio a rege concesso: propter illa omnia mala: & grandia inconuenientia: quæ dicta sunt: cũ & iura ꝑpter mala de nouo emergentia mutentur: quæ fortius urgerent: si secundum iuris metas: in inquisitione procederetur.

9 ¶Nono: Iam quod de iure illas teneretur concedere qualitates: in priuilegio contentas: an & alias equas: & rationi consonas: concedere, similiter teneatur. scilicet quod incarcerati ob heretice prauitatis crimen: sint positi in carceribus publicis: ubi solent incarcerari rei aliorum criminum: Et quod dentur sibi nomina accusatorum: & testium sine differentia tex. in. c. fi. de hæret. in. 6. & cuiuscunq̃ alterius. l. extrauag. seu prouisionis: in contrariũ: tanq̃ hæc omnia magis augeant fidem: cum & predicti sint abiecti & impotentes: & nemo ex ipsis sit comes: baro. seu alius homo potens: sed sint quasi omnes mercatores: aut similis qualitatis: faciunt tamen omnes pro uno, si incarceratur: & ualde laborant: ut illum defendant & euadant.

10 ¶Decimo: iam quod Papa confirmet: seu de nouo concedat clausulas predictas: utrum quo ad illam clausulam: quod bona deueniant ad descendentes: & non confiscentur: tenebit talis concessio: etiam inuito principe: de cuius preiuditio: in isto puncto aliquantisper tractari uidetur.

11 ¶Vndecimo: si contra aliquos ex his fuerit processum: dicendo quod ritus iudeorum seruarunt: isti si negauerint & affirmauerint se Christianos: utrum possint detineri: seu ut heretici dãnari: ac si hereticus ille sit: quo ad istos / qui

pertinaciter defendderit errores/& nõ qui paratus fuerit corrigi.

11 ¶ Duodecimo: An hec omnia predicta: locum habeant in illis: qui iam accusati & sententiati fuerunt: ad hoc: ut rõnibusq; iuribus: gratijs & concessionibus predictis, omnibusq; alijs potiri possint.

13 ¶ Decimotertio, & finaliter an predicta hinc inde allegata, & iuribus sustentata habeant locũ in illis, nõ solũ predicto mõ couersis, qui nũc uixerint, sed etiam in suis descendentibus, utrinq; coniunctis, & alijs nouis Christianis, qui de alijs regnis propinquioribus, in regna Portugallie uenerunt, & predicta simul passi sunt dampna, & patiuntur/pariq; modo tractantur & uilipendunt, ut dictum est.

¶ A Sũmo aũt Pontif. añ omnia, ab istis miserrimis supplicat ut eis ueniã generalẽ/de cuiuscũq; heretice prauitatis erroribus, cõcedere dignetur, ut de preterita uita securius somnũ capere possint.

Queritur circa hoc.

1 ¶ Primo, utrũ uenia supplicatio, quo ad preteritũ istis preiudicabit/ut quo ad futurum ius suum (si quod habent) petere non possint.

2 ¶ Secundo, per que uerba impetrabitur ut sibi preiuditium nõ possit inferri, quando talis supplicatio noceret, ut dictum est.

3 ¶ Tertio, an ex predictis causis, iuri consonantibus, iustificabunt istorũ preces, ut de iure Sũmus Pontifex moueat, ad ueniã cõcedendã generalẽ oĩbus istis, in regnis & Dominijs predictis habitantibus, ut de preterita uita, nullatenus inquirat, cũ quo ad futurũ, bonã uelit, & iuri consonã habere formã.

4 ¶ Quarto, an mouebitur etiam quo ad accusatos/& sententiatos ut eis ueniã sicut & alijs concedat.

5 ¶ Quinto, utrũ sit moue bit, ad habilitandũ & recupandũ cõciliatos, in quibus iã facta fuit executio, & ẽt descendentes & cõsanguineos eorũ, qui p sñtiã cõcremati fuerunt, ut possint honores suos recupare. ceteraq; omnia preterita, famam, & honores tangentia habere.

6 ¶ Sexto, si põt Papa, cõcedere ueniã predictã, etiã quo ad bona se extendentem, inuito Rege, cui predicta bona ueniebant applicanda.

7 ¶ Septimo, An habebit hoc locũ ẽt in accusatis, & sententiatis, quod inuito rege, ueniã eis concedat, que etiam ad bona extendatur.

¶ In oĩbus hinc inde: pro & cõtra: reddant rões, & cõclusiones: & clausule priuilegij: & alie supra: addite: & que ultra addi poterint tangant unicuiq; p se applicãdo rõnem: qua magis augeri fidẽ: quã minui iuridice cõstare possit tenendo solũmõ ueriorẽ partẽ qa ueritas de celo orta est & eã pecijmus.

Multa nõ narrant in hoc facto & multa narrata districtius ponũt qa si oĩa cõtra populũ illũ ppetrata ad pũctũ ut cõtingerũ scriberent maxima sequerent dãna dicto populo cui nec est audacia ad declarãdum nec fas ad iusticiã petendũ oportet quod deus Papa & Rex ex suo uideãt iusticiã illorũ.

Consilium Excellentissimi Domini Petri Pauli Parisij Consentini V. I. Docto. Bononie Iura ciuilia ordinarie legentis.

OMNIPOTENTIS Dei Prius Implorato suffragio ad declarationem dubiorum quæ in facti narratione super scripta mihi pettita sunt diuina cōcedente gratia deuenio.

.1. Dub.

Et si: esse iudeum: sit crimen & delictum: ut tradit accursi: in. l. sed si res. ff. de lega. primo: Ex eo quoniam reprobatā superstitionem prosequitur: ut etiam habetur per eundem & alios scriben. ibi. per illum tex. in. l. non erit. §. diuus. ff. de iureiuran. & in. l. i. C. de sum̄. trini. & habito respectu ad ipsum deū: & æternam pœnam cui⁄ illam sectando immersus reperitur. Tamen quo ad iudicem: & forum contentiosum: non est ꝓprie delictum punibile: ut sentit idem Accursi. in. l. multum interest. ff. ne uerbo: obliga. & diffuse prosequitur ibi Ludo. Roma. & Alex. in fi. & Fely. in. c. multorum nu. 5. de Iude: & moder. Papien. post bar. in. l. apud Iulianum §. cōstat nu. 28. de lega. pri. Consideratum enim de per se simpliciter / absq; adiuncto, ꝓpriū delictum non capit, uti colligitur per totum fere titulum. C. de iude, et extra eo. et in. c. qui sincera. 45. dist. et alibi pluries, ubi ipsis concessa et permissa multa reperiuntur. Nec pœna aliqua temporali, ueniunt mulctandi, quorum contrarium dispositum fuisset, si uere delinquentes forent,

Et licet propter eorum delictum, uideantur esse serui Christianorum et principis, in cuius dominio, moram trahunt, ut per illum tex. tradūt Abb. et alij scriben. extra, de iude in. c. et si iudæos, ut etiam habetur per Doct. per illū tex, in. c. dispar. 23. q. 8. et per Roma. et Alex. in. d. l. multum: et per Archid. in. d. c. qui sincera: ubi d. prepo⁹. Alexand. col. 2. ad id plura accumulat, et tenet henr. buohic in. c. sicut, col. 2. de iude, Tamen uere serui non sunt, etiam ipsorum Principum, quum eis permittatur cōmercium bonorum. d. c. multorum. l. nullus. C. de iude, Et possint habere bona et possessiones, quæ ab ipsis, sine iustitia auferri prohibentur: ut per illum tex, dicunt Abb. et alij in. c. sicut, de iude, et probatur in. c. iudei, ubi glo. de consecra. dist. 4. et sentit Oldra. cons. 87. quæritur an princeps, et cons. 264. illa uidetur, et Alber. de Rosate in rubrica. C. de iude. col. 2. et. 3. et Iohan. de Anania in. d. c. et si iudeos, col. pe. et fi. et Fely. in. c. iudei, cl. 2. nu. 8. et melius. in. d. c. sicut circa ꝑncipiū, et apte istud firmat Alex. i. d. l. multū, i fi. ubi rūdet. Archi. et alijs iuribus sup̄ i ꝯtrariū allatis, uolētibus, illos dici seruos, et eē in seruitute, ut nō intel-

GGCGG

ligant de seruitute uera & ppa ut aptius & clarius sequēdo hanc opinionē dicit d.prepos. Alexandr.in.d.c.qui sincera:col.2.uers. & licet hæc dicta. Nam largo modo:dicuntur serui respectu subiectionis & non uere seruitutis:de qua:in.l.ex hoc iure cum similibus.ff.de iust.& iur. Et quæ priuat bonis.& omni statu: & alios producit effectus:istis minime denegatos. et ibi.col.2.uers.quod dicitur:etiam alia ratione respondet. et hæc prius uoluit Abb.in.d.c. sicut in secundo nu. uti etiam per Alex.cons.71.ponderatis,in.2.uol.ut etiam alio modo post Card. respondet fely.in.d.c.sicut:ut magis serui principum dicantur:quam obedientes legibus Christianis, non autem quod uere & str. ete sint serui: Ad quod etiam:quoniam ipsi sunt capaces & participes iuris & legis ciuilis:& constitutiones & statuta loci:eos comprehendunt:ut plene tangit Alex.d.cons.71. in.2. uol. & cons. 75.uidetur nu.primo in.5.uolu.& cons.99.in.6.uol.& cons.13.in.7.uol. & arct. cons. 158.& Sonc.cons.62.in pri.uol. & cons. 119.in 4.uol.Cum alijs allegatis per Alber. brunum:in tract. q. stantibus masculis:in.6.art.principali:fol. 15.col. 3.&.4. & post alios/per Philipus Decius in.c.primo nu.21.de constitutio & nu. 18.&.22.& in.c.consuluit,numero secundo de appella.& per moder. Bonon. in cons. 101.

Quæ suadentur.quoniam tolerantur etiam per ecclesiam.c.consuluit.extra de iudeis:& ibi Docto.maxime fely.nu.4. et ipsis ultra tolerationē: aliqua pmissa sunt de quibus in tit.de iude:extra &.C.& alibi pluries maxime per Bal.cōs.mihi.315. in pri.uol.& cons.428.in.5.uol.ubi dicit eos cōputari inter oues Christi: Et summus Pontifex debet ipsos protegere: et quod sine causa non est eis aliquid faciendum:ut etiam plene tradit oldra.in dictis duobus suis cons. & Alberi.de Rosate: in.d.rubrica:& Io.de Anania in.d.c.& si iudeos:& Alex. cons.99.in.6.uol.& cōs. 233.ponderatis:nu.7.eo.uol.& cons.13.in.7.uol.cum alijs concordan Eo etiam quoniam ab istis infidelibus adhuc:sine causa per Pontificem: seu Imperatorem & quemcunq; alium supremum principem non possunt bona auferri nec dominium ipsorū nec in illis:seu psonaliter offendi.l.Christianis.& ibi Bar.C. de paga. & per Io.de Lignano in tract.de bello.q.12.& p Inno. in.c.quod sup his de uot. & per Abba.in.c.1.de conuers.inf.fide.&.per eundem in.c.quæ in ecclesiarum: ubi omnes notant:maxime Decius:allegans concor.nu.31.& moder.post Bar.bal.& alios in.l.fi.C.si contra ius uel util.pub.& de consti.extra.

Hinc dicimus:Reges:seu principes:sine aliqua iusta causa: non debere expellere/ de eorum Regnis Iudæos/in illis habitantes:& capere ipsorum bona:Et si istud faciūt non carent peccato:quando sine causa & iusta: istud prosequuntur: & summus Pontifex principibus debet,ne faciant istud,persuadere: Quinimo secundum aliquos:precipere:secundum ueram & magis cōmunem opinionem, licet aliqui contrarium tenuerint,de qua & amplissime per oldra.d.cons. 87. quem de uerbo ad uerbum refert Alber. de Rosate in.d.rubrica.C.de iud col.2.&.3.uers. item quæro: numero.3. Et diffusius per eundem oldra.d.cons.264.ubi asserit hanc opinionem esse probabiliorem: quam sequitur Alex.d.cons.99.uisa: in fi. in

.6.&.d.

.uol.&.d.conſ.13.attentis:numero.22.in.7.uol.& eum ſequitur Io. de Anania: poſt alios per eum ibi citatos:in.d.c.& ſi iudæos:col.2.&.3.uerſ.extra glo.quæritur/etiam eam ſequitur.d.Iacobi:de.s.Georgio:in tract.de feud.col.mihi.5.uerſ. ultimo quæro:& etiam.d.Iaſ.in.d.l.apud Iulianum.in.§.cõſtat.nu.29.& moder. Bonon.conſ.101.Illumina quæſo:col.penul.nu.56.

Hinc inductum fuit.Iudæos adultos uiolenter non eſſe compellendos:& cogendos ad fidem ſuſcipiendam:& baptiſmum.c.ſicut:& ibi omnes tradunt de iude. c.maiores:uerſ.item quæritur:extra de bapt.& ibi omnes firmant:quando coactio.& uis fuit præciſa:& non conditionalis:per quam etiam character non imprimitur: cum potius.ille dicatur pati:quam agere.c.ſatis:quod met.cauſ.& ibi glo. & ſcriben.allegantes concordan.& traditur per Docto. in.d.c.qui ſincera:& in.c. de iudæis.45.diſt.& ſentit ſanctus Doctor:ſecunda ſecundæ.q.10.& hoſtien.& goffred.in ſumma in tit.de baptiſ.& Alber. de Roſate:in dictio:in uerbo : baptiſmus quarto:uerſ. utrum in eo qui eſt baptizandus : expreſſe uolens : q quando aliquis reclamans/immergitur uiolenter & baptizatur:non recipit ſacramentum: nec rem ſacramenti.ut etiam habetur in ſumma ange.in uerb.baptiſmus.6.uerſ. 6.& per moder.in ſumma:& in.c.ubi.74.diſt.& eſt glo.in uerb.abſolute:i.c. quia Chriſtianos:de here:lib.6.per illum tex.expreſſum: Secus foret quando coactio: & uiolentia eſſet conditionalis:ut plene traditur:per omnes in.d.c.de iudæis:& in .d.c.maiores:uerſ.cum ergo:& uerſ. ſunt autẽ:ubi glo.& Doct.allegãt cõcordan. et uolunt theologi in.4. ſententiarum:diſt.4.&.6.Et idem habetur quando coactio ẽ præciſa in deciſio.conſ.Neapo.151.sereniſſimus:co.2.uerſ.eo maxime:& per Alber.de Roſate in dictio:in uerb. Iudæus tertio:& per Calder.conſ.3.in tit. de iude:& fely. in.d.c.ſicut.in principio: Militem enim uoluntarium recipit ipſe Deus:& non inuitum:& preciſe coactum:Quinimo uolentes:nõ ſtatim baptizandi ſunt:ſed per tps expectare debent.ne facile ad uomitũ periclic redeant:de conſecra.diſt.4.c.iudei.&.c.ne quod abſit.c.ſepe.28.q.i. Vnde aliter p uim preciſam baptizati nõ poſſunt dici Chriſtiani:nec fidem Chriſtianã tenet ſeruare : ut etiã habet in ſumma angelica:in uerb.baptiſmus ſexto:uerſ.12.& i uerb.iudeus: uerſ.30.& ſequunt oẽs alij ſũmiſt.Et tradũt gemini.et.d.ppoſ.i.d.c.deiudeis.45. diſt.ad id allegantes alia iura:& facientes expreſſam differentiã/inter uim coactã: & preciſam:& uim cõdicionatã:ſecũdũ tex.in.d.c. maiores:& ſcriben.ibi.& Alber. de Roſate ubi ſupra:& p glo.& alios in d.c.cõtra Chriſtianos:& ſentit oldra.cõſ. 36.col.2.in princ & Alex.d.conſ.13.nu.13.&.20.in.7.uol.

Et licet tex.i.d.c.de iudeis.45.diſt.& in.c.iã uero.23.q.6.uideant inuere cõtrariũ. tamen ſecundum Docto. ibi : procedunt in uiolentia conditionali : non autem preciſa : ut dicit & declarat tex. in . d . c . maiores:& Alber de Roſate poſt alios per eum citatos:in.d.uerb.baptiſmus.4.

Ex quibus infertur:q illi iudei adulti per uim preciſam tempore Regis Emanuelis/bone memorie:inuiti:& reclamantes baptizati:per talem baptiſmum non fuerunt effecti Chriſtiani:nec ſacramentum:nec rem ſacramenti:receperunt: nec characterem.

Eo etiam:cum in aliquibus ipsorum:non appareat fuisse seruatam formã: in di-cto sacramento requisitam:& necessariam:De qua in.c.i.extra:de baptis.cũ con-cordan:ibidẽ allegatis post glo.per Doct.& summist.omnes:& per Alber.de Ro-sate in dictio.in uerb.baptismus primo. Eo in super: cum aliqui proclamantes, & protestãtes:per uim præcisam tracti:& ducti fuerint,ad ualuas ecclesiarum: & sola impositione nominis.& aspersione aquæ benedictæ:Christiani nũcupati fue-rint Contra omnem formam:a iure ir prædicto sacramento traditam:& requisi-tam, de qua in locis superius citatis: Et eo fortius ista procederent & ulterius: si nullus responsalis intercesserit:ut trad. pet.de Anchar.cons.195.secundũ ea quæ posita sunt:& Fely.in.c.fi.nu.5.de iude.

Ve℞ si post dictam præcisam coactionem taliter baptizati: per lõgum temporis spacium:nihil in contrarium dixerũt.sed taciti permanserunt,& p aliquos actus: prædictum baptismum:& præcisam ad fidem coactionem approbarunt:procul dubio characterem receperunt:cum talis præcisa coactio.per actus sequentes,ui-deatur esse purgata:ut tradtur,in.l.2.C.quod met.caus.& ibi omnes Docto. fir-mant:& per bal.cons.240.donatio facta:in primo.uol.& per Alex.cons.227. ui-so:col.i.in.5.uol.& per doni.de sanct.Geminiano:cons.24.quia diffuse:col. i. & in terminis nostris tradit Ienr.buohic,allegando alias decisiones in.d.c.maiores, uers.ꝓpter quod:& alia adducit Philipus Decius in.l.in omnibus:col.fin.nu.12. ff.de reg iur.& cons.21 uiso puncto:col.pen.numero octauo.

Quæ quidem procedunt:nisi perpetuo durasset eadem causa coactionis præcise: secundum quod tradit Cyn.bal.& alij in.d.l.2.& ancha.cons.299.uisa supra: di cta:col.fin.& Alex. cons.48.in4.uol.& barba.cons.72.in.2.uol. & Calderi.cons. primo in titulo:quod met. caus.cum alijs accumulatis per Decium:in. d.l.in om-nibus:col.fi.&.d.cons.219.col.pen.numero.8.& sequentibus.

Et aduertendum insuper est:quod licet talis præcisa coactio appareret purgata: Vel aliqui prædictorum:ad fidem fuerint conuersi:per coactionẽ conditionalem: & uiolentiam nonpræcisam:& cõsequenter in tali sacramẽto:& ipsius susceptio-ne:dicatur interuenisse uoluntas:coacta saltem: Tamen inficiari minime pote-rit:quin ad talem conuersionem non dicãtur fuisse inducti per metum:fraudem: & modum a iure reprobatum:& contrarium libere uoluntati:& libero consensui: Quæ satis deseruient dubitationibus:& articulis:inferius discutiendis:Esto quod ita conuersis:prodesse non possent ad dimittendã fidem:quãita susceperunt.

Vt enim ex facti contingentia comprehenditur modis prædictis non licitis:& per metum inconstantem uirum cadentem:& libero arbitrio contrariũ:baptizati fue-re:& fidem catholicam suscepere:Qui metus/quantum libere/& absolute uolun-tati/contrarietur:satis colligit̃ ex his quæ tradũtur in toto tit.ff.C.& extra: quod met.caus.& in.l.interpositas.C.de transact. & utrobiq; diffuse per doct. allegan-tes concordan.decisiones/& iura:Et maxime:quãdo metus inducitur per Regem & supremum principem:& per præceptum ipsius, uti contingit in præsenti ca-su, considerato regio præcepto & generali:disponente:ipsos iudeos omnes/e/re-gnis suis exire debere:& in illis moram non trahere/ad istum finem tendente: ut

habetur

habetur per glo.in uerb.morere.in.c.conuenior.23.q.8.& per pet.de Ancha.d. conf.290.& per Geminia.conf.15.in.2.du.& per Cald.d.conf.primo: & fulgo. conf.191.& Alex.conf.16.ponderatis:col.pen.in.3.uol.& conf.151.nu.4.in.6. uol.& per Io.de milis.in uerb.metum: & Alber.brunum:conf.12.col.22.& per Decium in.d.l.in omnibus.numero.4.& in.d. suo conf.219.numero.2. Et potissimum:quando ultra metum:interuenisset protestatio:secundum glo.in d.l.2.C.quod met.caus.& in.c.fin.de appellatio. Cum alijs allegatis p Decium: in.d.l.in omnibus:nu.10.& sequen.& in.d.conf.219.nu.6.& per Geminia.in.d. conf.15.in.2.du.& Sonc.conf.59.nu.27.& sequen.in.3.uol.& Calder.in.d.suo conf.primo.

Et ultra dictum primum regium præceptũ: si consideramus subsequentia præcepta regia:oblationes:& promissiones eis factas:minimeq; obseruatas:& adimpletas:Subsequentesq; actus:ordine:& uoluntate regia: erga ipsos subsecuutos: de quibus:in themate:ad dictum effectum tendentes: ut exitus iam patefecit: qui apte declarat:qualis in præteritũ fuerit animus.l.si q adulterij.C.de adulter.§.pauonum insti.de rerum diuisio.l.sed Iulianus.§.sed si ab initio.ff.ad macedo. Et ga phibitũ: directo:cẽset phibitũ ne fiat p indirectũ:regula:cũ qd una uia:de reg. iur.li.6.plene p oẽs:maxime moder.in.l.non dubiũ.C.de legi:cum similibus.

Aperte dicere cogimur:prædicta omnia:iustum metum: & inconstantem uirum cadentem induxisse:& libero arbitrio contrarium.d.l.interpositas.l.2.&.3. cum concordan.supra:allegatis.ff.quod met.caus.

Quantum uero attinet ad filios predictorum iudæorũ baptizatos: siquidẽ adulti erant:& ad annos discretionis peruenerant:& inuiti:ac præcise coacti:uel condicionaliter ad fidem conuersi sunt: de ipsis dicendum erit,uti dictum fuit superius:de eorum parentibus.

Si uero uoluntarie ad fidem conuersi sunt, etiam eorum parentibus reclamantibus & inuitis, ueri Christiani effecti fuerunt: Nam spiritussancti uocatio:omnia uincula soluit.19.q.2.c.due: & p Archid.& alios post.glo.pen.in.c.mancipia. 54.dist.& tenet sanctus Doct.in summa art.12.&in qd liberis:& sequit Bernar. & hosti.& alij Doct.post glo.fin.c.2.de conuers.infidel.Archid.& alij in.d.c.qui sincera.45.dist.& henric.bohic in.c.sicut iudæis:extra de iude:& Alber.de Rosate in dictio:in uerb.iudæos.3.Ad quod bene facit tex.in.c.fin.& ibi docto.firmant.de iudi.li.6.ubi habetur quod in istis spiritualibus:patria potestas non attenditur ut tradunt moder.in.l.2.§.q; si in patris:nu.9.ff.solu.matri.& Decius in conf.nouiter impresso.30.cum sit:nu.9. Et illud uulgatum: quod filij familias etiam sine patris consensu:ac illis inuitis:possunt hodie libere matrimonium contrahere.c.fin.de secun.nup.§.hunc igitur.2.q.3.cum alijs allegatis per Decium in l.nuptias:nu.7.ff.de reg.iur.

Si autem dicti filij non peruenerant ad annos discretionis:& erãt paruuli: seu infantes. Aliqui uoluere:q; etiam inuitis parentibus:poterant baptizari: & Reges & domini iudæorum poterant istud facere: Dummodo quod non auferantur a parentibus:ea de causa:ut parentes per hanc uiam compellantur ad fidem su-

scipiendam:sed illud agant/intuitu:& ad bonum ipsorum paruulorum:Tum quia parentes & iudei dicuntur serui ipsorum dominorum:tum etiam: quia ipsi iudei non habent filios in potestate:ut sentit scotus:& Landulphus in.4. sententiarum dist.4.& Archi.in.d.c.qui sincera:& ibi Gemini.ut plene illud prosequitur henr. buohic in.d.c.sicut Iudei:& habet in summa Angeli.in uerb.baptismus.6. uers. 11.& ponit Io.de milis in uerb.iudaeos:& alij citati in decisio.cons. Neapo. inferius alleganda.

Quae rō seruitutis:non uidetur concludens: ex quo ipsi iudaei non sunt serui dominorum in cuius territorio moram trahunt:ut conclusum fuit superius.

Nec alia rō:uolens iudaeos non habere filios in potestate:uera est:ex quo ipsi habent illos in potestate: ut probat tex. & ibi expresse hoc firmant Abb.& alij in.c. 2.de conuers. fidel.& tenet bal.in.l.item in potestate.ff.de iur.pers. & Alex. ibi in additio:ad bar.& idem Alex.in.d.l.multum:in.fi.ff.de uerb.oblig.& in cons. 99. nu.6.1.6. uol.& cons.13.nu.11.in.7.uol.& Soc.cōs.62.cōsilijs nostris.col.5.uer. 2.pro hac parte:in.1.uol.ubi allegando alias decisiones dicit:hanc opinionem esse magis cōmunem:Et uult idem Io.de Anania in.d.c.sicut iudei:& Fely. ibi circa principium:& in.c.iudei:el.2.ubi plenius:nn.8.eo.tit.&. d.prepos.in.d.c. qui sincera:col.2.& moder.Bonon.in.d.cons.101.& Alber.brunus in tract. ꝗ stantibus masculis.&c.in.6.articulo principali:fol.15.col.3.&.4. Et hanc rōnem reprobantes:ita firmant collecto:decisionum cons.Neapoli. ut est uidere in dicta decis.151.col.1.uers.sed cōtraria:allegātes Alex.cons.71.in.2.uol.& Io.de Anan. in. c. & si iudeos: col. 3. &. 4.de iude:Et habetur in preallegatis duobus cons. d. oldra.

Qđ autem dicti paruuli:inuitis parentibus non possint baptizari:& ab ipsis eripi.etiam per summos principes & reges:uoluit glo.in.c.Iudeorum.28.q.1.Io.An dr.Abb.& fely.in.d.c.sicut iudei:dicentes hanc opinionem esse cōmuniorē & sanctus doct. in secunda secunde.q.10.articulo ult.& Richar in.4.dist.6. & pet. de palud.dist.4.&. d. Card.in clem.1.in fi.de iudeis et Io.de Anania : ubi plene tangit in.d.c.sicut col.3.et.4 et Cald. cons. 3 . in tit. de iude : et diffuse prosequitur d.propos.in d.c.qui sincera:col.2.et.3.uers. secundo colligitur et alij idem uoluerunt relati in dicta decisio.cons.Neapo.151.in prin.et etiam Alber. de Rosate allegando hostien.in uerbo:iudeos tertio.

Bene uerum: ꝑ ꝓcedenti opinione/est decisio beati Antonij Archiepiscopi florēt. in.3.parte sue summae:tit.14.c.13.car.191.uolens:quod quando baptizant paruuli iudeorum:sufficit oblatio parentum spiritualium:Esto quod nō esset illa parentum carnalium nec interueniret,per tex.in.c. paruuli:de consecrat. dist.4. Cū quo concordat tex.in.c.illud:et in.c.cum pro paruulis:et in.c.quaeris:uers. idem per hanc:eadem.4.dist.et pet. de Ancha.cons.195.secundum ea : uolens pueros hebraeorum alio offerente posse baptizari:per quas decisiones : secundum hanc opinionem/cōcludit/in.d.decisio:cons.Neap.151. ubi Rex Emanuel bone memorie : inuito patre:baptizare fecit filium paruulum cuiusdā iudei: ut dictus baptismus teneret et ualeret in fauorem fidei:Et facit quod dictum est superius : in

spiritualibus

ſpiritualibus non attendi patriam poteſtatem. et quamuis alia opinio magnis auctoritatibus ſit ſuffulta: & dicatur cõmunior: tamen: quoniam dicti paruuli ſemel apparent baptizati: & ad baptiſmum re ipſa & facto peruẽtum fuit: & dicti paruuli ita baptizati effecti maiores & adulti: & poſtq̃ ad ãnos diſcretionis peruenerũt per longum tempus tacuerunt: nec contradixerunt: & plures actus ad fidem pertinentes exercuerunt: approbantes tacite baptiſmum predictum Dicendum erit ipſos eſſe ueros Chriſtianos: & a dicta fide catholica non poſſe retrocedere: ut fuit concluſum ſuperius in eorum parentibus: Quæ dicta a fortiori procedunt in ipſis: Et eſt de mente etiam illorum Doct. tenentium aliam opinionem: dum uolunt & quærunt: ſi de facto ita fuerunt baptizati: inuitis parentibus potentes quos debent moram trahere & alimenta ſuſcipere: ut ad plenum referuntur in dicta deciſio: conſ. Neapo. 151. col. 2. uerſ. quid ſi iudæus: & per fely. in. d. c. ſicut. nu. pri. Ad quod illud uulgatum: multa impediri fieri: quæ iam facta tenent l. patre furioſo: ubi moder. plura accumulãt. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

Et eo mãgis procedunt iſta in dictis paruulis: qui oblatione parentum: nati baptizati fuere: ſi parentes mentem ſanam & ſenſum bonum habebant: Quorum fides ſupplet defectum conſenſus ipſorum paruulorum. d. c. maiores: uerſ. illud uero: de baptiſ. & d. c. pueri: & per glo. in. d. c. contra Chriſtianos: & Docto. ibi. cum alijs ſupra allegatis: Et ſi parentes ipſi offerentes car[illegible] adhuc ualuit baptiſmus: cum parentum perfidia: baptiſmo minime poſſit preiudicare. c. nõ illud c. ſatis: Et melius in. c. quæris: de conſecra. diſt. 4. Ex quibus: reſoluta redduntur omnia: quæ in prima dubitatione quærebantur.

Ad ſecundum dubium: in quo heſitatur: An contra & aduerſus predictos: ità: & modis: & forma: quibus ſupra conuerſos, inquiri poſſit de heretica prauitate: Et ſi in aliquem errorem hereſis blaſphemie & iudaiſmi inciderint: an puniri poſſint: & debeant. Dicendum eſt quod ſic: per tex. apertum: in. c. contra Chriſtianos: de heret. li. 6. & ibi ſcriben. omnes ſequuntur & probatur in. c. de iudeis. 45. diſt. & in. c. pleriſq;. de conſecratio. diſt. 4. Quum enim fuerint baptizati, & poſt modum a fide deuiant, & in errores incidunt, uti heretici inquiri poſſint, ut tradit etiam oldra. conſ. 36. quem adducit. & ſequitur fely. in. c. poſtulaſti, numero. 5. de iude. & eſt bona deciſio. d. Card. in clemen. 2. uerſ. inquiſitoribus: in fi. de heret. in clemen. & habetur in ſumma Angel. in uerb. inquiſitor. §. 6. Et ſatis ſuadetur: nam cum ita conuerſi Chriſtiani effecti ſint, fidem catholicam obſeruare, & ſequi tenentur, Et contrarium operantes & aliquod crimen, hereſim ſapiens, cõmittentes, inquiri poſſunt, & ſucceſſiue puniri, ſicuti & alij qui tale crimen patrant, Eſto quod uerum baptiſma ſuſceperint, & ueri Chriſtiani iam fuerint, toto fere tit. de heret. extra, & lib. 6. et in clemen. et in tit. de ſum. trini. et fid. catho. et alibi pluries, Et faciunt quæ habentur in. c. firmiſſime, de heret. cum alijs ibi allegatis per glo. et Doctor.

Qualiter autem contra ipſos, ſuper dictis criminibus procedendum ſit: et coram quo, Conſiderando capitales inimicitias, quas erga eos, totus undiq; populus in dictis regnis et Dominijs habet, Conſideratis etiam modis et formis, quibus con

uersi sunt,et ad fidê fuere tracti,nec nô et tpis breuitate,iferius plenius discutiet.

.3. Dubium.

Circa tertiam dubitationem,in qua petitur,Casu quo contra istos inquiratur,sup per criminibus predictis,An ueteres Christiani dictorum regnorum et dominiorum possint admitti in testes/contra ipsos,ex eo quia sunt capitales inimici ipsorum, et contra ipsos coniurati,conspiratores,et complices,et armata manu,ipsorum nouiter conuersorum absq causa interfecerunt quinq millia et plus,et fuerût et sunt côiurati, côtra eos falsa testimonia proferre,adhoc,ut de dictis criminibus côuincantur et concrementur,Vt ipsos perdant lingua et testimonio,quos manu, pdere non possunt,metu regio,et ut plenius in themate.

Et uidetur.prima facie,dicendû quod debeât admitti et recipi, Ex quo tale crimê est exceptuatum a reliquis criminibus.c.accusatus.§.licet de heret.li.6.

Et est crimen ualde priuilegiatum, ut in eo.c.§.sanc.

Et ad ipsius probationem admittuntur testes uariantes,eodem.c.§.licet, qui alias nô admitterentur ut ibidem notatur per glo.et Docto.et in.l.qui falsa ucsuaria.ff. de testi.et in.l.eos ff de fals.

Et in crimine predicto admittuntur in testes:psone inhabiles/criminosi / & excômunicati: quæ alias minime admitterentur.c.in fidei fauorem eo.tit.li.6.

Et admittitur ad ... etiam inimicus capitalis.l.manicheos.C.de heret. & tradit Andr. de hiter. in constitutio:gazaros eo.tit.& sequitur Franc. Episcopus squilacen.in tract. de heret. car. mihi. 12. uers. item inimicus capitalis: licet in alijs criminibus de iure canonico capitalis inimicus ad accusandû nô recipiat.c.repellant. c.cû.p.mancouella.c.cû oporteat:cû côcor.extra de accusatio.

Tamen istis non obstantibus:dico contrarium:ex eo.quoniam propter mortem & occisionem tantorum nouiter conuersorum:sine causa:patratam per ipsos ueteres & antiquos Christianos:fuit & est causata ac contracta / capitalis inter eos inimicitia.l.lege Cornelia in prin.& ibi doct.tradunt.ff.de iniur.& ponit Bar.in.l. 3.§.fi.nu.3.ff.de adimen.leg.& ibi Alex:in apostil.quam plures concord.adducit decisiones:& per Abb.in.c.accedês:el.2.extra ut lit.non contest.col.2.& fely.ibi. & per glo.in uerb.capitales:in.l.licet.ff.de arbitris:cum alijs allegatis per moder. in.l.procuratoribus nu.4.C.de procur.& in.l.liberi:nu.2.C.de in officioso testa: & in.l.ticia.nu.13.ff.de uerb.obliga.& per fely.in.d.c.repelluntur.nu.3.& in.d.c. cum oporteat.nu.13.& in.c.cum super:de off.dele ga.& in.c.quociens: de testi.

Quæ capitalis inimicitia nedû cadit erga masculos nouiter conuersos:sed etiam erga mulieres:quum concernat maliuolum rancorê animi & in utroq sexu uigeat rationis identitas:& simile odium:eademq causa occidendi:& eas perdendi:ut habetur in.l.i.C.de his qui se defendût li.10.& ibi Angel.& alij notant:& per Io. de Anania & fely.in.d.c.cum oporteat.nu.11.Et quum adsit causa capitalis inimicitie:non propterea potest dici purgata:esto quod ueteres Christiani ostendât contrarium:facie:uel uerbo applaudant:nam adhuc repelli possunt: quum adsit causa odij: esto quod amorem ostendant:ut tradit Inno.in.c.cû.i.&.a. de re iud. & bal.in.c.si grauis.de confir.util.uel inutili.& in.l.prescriptione:col.14.C.si contra ius

tra ius

tra ius uel util. publ. & per Feli. in. d. c. repellantur numero. 5. & in. d. c. cum super numero. 3.

Quinimmo & si reconsiliatio facta appareret: ad huc non tollit nec purgat ipsas capitales inimicicias: ut tradit glo. in uerb. capitales: in. c. per tuas de symo. & ibi Feli. numero. 7. in fine: allegans concordan. ut post inno. facit idem 2 cli. in. d. c. cum oporteat numero. 10.

Qua capitali inimicicia stante: proculdubio ipsi ueteres christiani: cōtra illos nouiter conuersos in testes recipi & admitti minime possunt, ut habetur in. c. accusatores, & in. c. seqñ. et seqñ. & ibi post glo. omnes notant. 3. q. 4. & traditur in. c. si testes. 4. q. 3. & insti. de excusatio. tuto. §. inimicicie, & est tex. apertus in d. c. per tuas de symo. ubi scriben. omnes istud firmát ad idē tex. & ibi scriben. om. in. l. 3. in pncipio. ff. de testi. & tradit Bar. in. d. l. 3. § fin. numero. 4. ff. de acimē. lega. & ibi Alex. in additio. allegans concordan. & idem Alex. consi. 99. in causa. col. 2. in. i. uol. & per fel. post alios, per illum tex. in. d. c. cum oporteat numero. 8. Inimicus. n. repellendus est, etiam si adhiberetur in testem in criminibus delictis, & casibus exceptuatis: & priuilegiatis ut est in crimine symonie ut habetur in. d. c. per tuas, iuncto. c. tanta. eo. ti. & tradit fely. allegans alia in. d. c. cum. p. mancouella, numero. i. in fin. & in. 2. nota. Propter odium. n. pre. umūtur mentiri, & ideo repelluntur etiam in illis exceptuatis: ut per eundem fely. in. d. c. cum oporteat numero. 15. uersi. item adde. & post Abb. in. d. c. quotiens: numero. 7. & ex̄psse firmat henric. buohic. in. d. c. cum oporteat: in. 2. dist. uolens in omni causa inimicum a testimonio repelli. per tex. in. d. c. cum. i. & . a. & alia iura superius allegata: Prout etiam est uidere in crimine lese maiestatis, in quo: testes alias ihabiles recipiuntur. l. in questionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. l. nullus. C. eo. & tamen inimicus capitalis repellitur: ut tradit bar. in. d. l. in questionibus: & specu. in tit. de accusa. §. fin. uersi. fin. & per parid. in tract. sindicatus. in uerb. testis. col. michi. 5. uers. & in criminibus exceptuatis. & de crimine lese maiestatis arguatur ad crimē heresis, & crimina predicta a pari procedant, ut inferius dicetur.

Et in terminis nostris: in crimine heresis priuilegiato & exceptuato. quod in testem nō admittatur inimicus capitalis: probatur in. c. accusatus. §. licet. ibi. aut odij fomite. de heret. libro. 6. per quem textum ita firmat fre. de senis: cons. michi. 252. Reuerendo in Christo patri: in fi. ex quo inimici, fomite odij, ueniunt ad deponendum: & deuiant a ueritate, & ideo repelluntur, ut etiam refert & sequitur Franciscus. Episcopus squillacen. in dicto tractato, de heresi. car. mihi. 10. collumna. 4. uersiculo, item in hac causa, dicens quod inquisitores in hoc debent multum aduertere: quoniam probata inimicicia, penitus repelluntur: & ita etiam firmat oldra. cons. 210. regularis habet collumna. 2. uersiculo, sunt etiam inquisitores, & collumna fin. Et ulterius in proprijs terminis, est aperta decisio Petri de Ancherano, in capitulo preallegato, in fidei fauorem in secunda nota, ubi uult, in isto crimine inimicos in testes admitti non debere: quoniam presumuntur dicere falsa, Et talis exceptio inimicicie, causatur iure naturali, & ideo per supremum principem, remitti non potest secus si causaret

tur iure positiuo: nam tunc posset remitti:ut probatur in.d.c.in fidei:& quia ini/micus propter odium:& ipsius fomitem: præsumptionem habet deponendi fal/sum: ita quod de facili mentiuntur: ut habetur in.l.i.ff.de quæstio. Quam ratio/nem sequuntur ibi Phi.Franc.& Bened.Capra Ex quibus necessario sequitur con cludendum:tales testes:uti capitales inimicos,recipi modo aliquo in presenti casu non posse.

Non enim inimicitia ista causata fuit in fraudem: ut repellerentur a testimonio: nec ex causa data per istos nouiter cõuersos:sed facto & culpa ipsorum Christia/norum antiquorum & ueterum:& ideo merito repellendi ueniunt: ut prosequitur Alex.d.cõs.99.col.2.in primo uol. & per bal.in.l.i.in fi.ff.de his quibus ut indig. & archi.in.c.statutum.§.cum autem de rescript.li.6.& per Abb.in.d.c. repellatur col.i.maria.sonc.& Fely.ibi nu.4.& per glo.in.c.cum super de cff.de leg. & pro/batur in.c.ueniens el.2.de spons.cum allegatis per fely.in.d.c.cum oporteat nu. 13 ubi concluditur:non attendi in istis inimicitijs capitalibus:an causa ipsarum: fuerit iusta:seu rationabilis:ex quo satis ẽ quod fuerint causate modo quo supra & omni casu a testimonio reddendo repellunt inimicos capitales.

Qui etiam Christiani ueteres:repellendi omnimodo ueniunt: quoniam sunt con/spiratores & coniurati:fautores & complices: Et huiuscemodi qualitatis persone a testimonio penitus repelluntur etiam in criminibus exceptuatis: eo quoniam in ipsis:uigent illemet rationes ut repellantur quæ uigent in inimicis capitalibus de quibus est dictum: & quod isti repellantur est tex.aptus in.d.c. accusatus.§.li/cet inducendo ut supra & tex.in.d.c.per tuas.de symo.ibi.ut conspiratores & ini mici capitales: uolens a pari huiuscemodi personas procedere:& glo.ibi.in uerb. conspirationes:concordãtes adducit:& tradit henr.buohic in.d. c. cum oporteat in.2.dist.& fely.ibi nu.8.adducens alias decisiones ꝓut idem fely.facit in.c.olim eo.tit.de accusatio:Et in terminis nostris in crimine heresis: quod tales conspira/tores a testimonio repellantur sicuti & inimici capitales:est aperta decisio pet. de ancha.in.d.c.in fidei fauorem:in nu.2.nota. Nec obstant allegata in cõtrarium: nam licet tale crimen sit exceptuatum:& priuilegiatum : non propterea: tale pri/uilegium/reperitur datum & a iure concessum in hoc:ut admittantur testes con/iurati:conspiratores: & inimici capitales: nec possumus arguere de uno speciali concesso:ad aliud non expresse concessum.l.ius singulare.ff.de legi.& per glo. in. l. a diuo pio: in princ. ff. de re iudi. Et quia punctaliter in casu presenti:contra/rium in iure reperitur statutum & ordinatum:ut repellantur:rationibus: iuribus: & decisionibus:quibus supra.

Nec obstat quod in isto crimine admittuntur testes criminosi: & inhabiles: Nam idem est in alijs criminibus exceptuatis: Et tamen in illis non admittun/tur inimici capitales: conspiratores: & coniurati: ut in crimine symonie & in crimine lese maiestatis: uti deduximus: Et quia tales persone a testimonio / ex/presse repelluntur in crimine isto heresis: ut iam ostendimus: & in istis adsunt & uigent, ut repellantur penitus,urgentes rationes: quæ non concurrunt in alijs criminosis:& inhabilibus: Et ideo non ualet arguere de uno ad alium:secundum

iura

Iura uulgaria & cōmunia: Et quia alij etiam inhabiles: & criminosi: nō ita passim recipiendi sunt: ut statim dicetur.

Non obstat quod dicebatur de teste uariante: p tex. in. d. c. accusatus. §. licet: quoniam tex. ille in inimico capitali probat contrarium ut dictum fuit superius: Et inter istas personas: tex. ille apertissimam ponit differentiam: quo fit ut de uariante: ad inimicū capitalem conspiratorem / coniuratū: arguere non debeamus.

Et quia regula Iuris se habet in contrarium: uolens: ad testimoniū non recipi uariantes: criminosos: participes criminis: excōmunicatos: & aliter inhabiles: Et si in hoc crimine: reperitur expressum ut tales persone in testimonium: priuilegio speciali, recipiantur: non propterea debemus id extendere ad inimicos capitales: conspiratores: & coniuratos: tum quia: Iuris correctio euitāda est. iuribus uulgaribus: tum quia si principes supremi: hoc uoluissent: iam expressissent: sicuti expresserūt de illis aliter inhabilibus: & non exprimendo: uoluerunt in hoc corrigere ius commune. l. unica. §. sui autem deficientis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiam: de decim: Et iste casus omissus remanere debet decidendus secundum ius cōmune. l. si cum dotem in prin. ff. solu. matri. l. cōmodissime. ff. de libe. & posthu. l. si extraneus. ff. de cōdi. caus. dat. Et cōsiderato iure cōmuni: repellendi sunt omnino: ut fuit deductum & conclusum: & quia de facili facienda est reductio ad cōmune & primeuum ius. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. quum istud sit fauorabile: secundum glo. in uerb numerandū in. c. statutum de preben. li. 6.

Non obstat ultimum: nam inimicus capitalis admittitur ad accusandum in isto crimine: ex eo quoniam uidetur prosequi iniuriam propriā ut dicitur in. d. l. manicheos: Et isto casu: omnes inimici admittuntur ad accusandum: ut disponūt iura uulgaria & communia: non tamen ex hoc infertur quod admitti debeant ad testimonium reddendum: ut sunt decisiones apertissime superius deducte: & suadetur in super ratione: nam licet accusent & ad accusationem admittantur: istud est modici preiudicij: respectu illorū qui sunt accusati: si crimen & accusatio: non est probatum: nam cessante probatione: accusatus etiam ab inimico liberatur: Et ita non attenditur quis accuset: sed probatio sola delicti: Ad in testimonio reddendo: est secus: nā p illud in ducitur ꝓbatio: qua stante: sequitur condēnatio: & sic est maximi preiudicij: quo ad ipsos accusatos: qui per falsas probationes: possent condemnari: esto quod essent innoxij: & ideo nō ualet cōsequentia: inimicus admittitur ad accusandum: ergo admitti debet ad testimonium reddendum: & quia si primum apparet concessum: istud secundum: pœnitus reperitur prohibitum: Consequenter omni respectu: & ex omni capite: concludendū erit. Christianos ueteres: tanq̄ capitales inimicos: coniuratos: & cōspiratores: in istis criminibus: modo aliquo: in testes: recipi non debere: contra & aduersus istos nouiter conuersos: casu quo: de dictis criminibus: inquirerentur: seu alio modo molestarentur & uexarentur.

Aduertēdū ē ēt: nā licet i isto crimie exceptuato: spāli ꝑuilegio: iductū uideat᷑ ut recipiat᷑ i testē: piurus: & deponēs falsum & sic alias ihabilis. d. c. accusatus. uer. licet;

Tamē istud procedit:quando manifestis indicijs appareret:zelo fidei: ipsum uel le deponere ueritatem:& quando aliud non obstaret:ut ibi dicitur si enim esset p sona leuis:uel odio:uel pecunie:corruptiōe id faceret:recipi minime deberet,ut di sponit tex. in.d.§.licet:& ibi glo.& docto.omnes firmant: & idem habetur, in . d . c.in fidei fauorem dum ibi disponitur in defectum probationum : admitti in te stes excōmunicatos:& participes:&c.nisi ex uerisimili coniectura : & consideratis alijs qualitatibus/& circunstantijs:possit oriri:& causari præsumptio:q non uera deponant:Istis etenim casibus:minime recipiendi sunt:& recepti:fidem non faci unt: nam talibus/minus idoneis:non ita de facili credendum est:ut per dicta iura firmat pet.de Anchar.in.d.c.in fidei fauorem:in.4.nota.

Et suadetur: nam istis criminibus exceptuatis: testes alias inhabiles: possunt ad mitti:ad probandum principaliter crimen:ut in.d.c.in fidei:& in.d.§.licet:& in si mili habetur in.d.c.per tuas de symo.& in.d.l. in quæstionibus.ff.ad leg.iul.ma iest. Non tamen debent recipi ad probanda adminicula talis delicti: ut expresse dicit bar. in.d.l.in quæstionibus:& bal.in auctem.si dicat:in fine.C.de testi : & se quitur Decius in cons. nouiter impresso.8.in causa mota:numero.15.intelligen do secundum Alex:post Ange. in.d.l.in quæstionibus.

Et bene facit:nam licet in istis criminibus exceptuatis: admittant testes infames & inhabiles:Tamen non propterea dicuntur esse testes integri ut habetur in. d.c. per tuas:& probatur in.d.c.in fidei fauorem:& in.d.c.accusatus.§.licet : Quo fit, ut sine tortura: contra accusatum:uel inquisitum : similes testes recipi & admitti minime debeant:secundum quod tradunt glo.Inno.& alij docto.in.d.c. cum. p. manconella:de accusatio.& glo.in.d.c.per tuas:& p bar.in.l.ex libero.ff. de quæ stio.& ibi Alex.in additio.& moder.Bononien.alia accumulant: prout sentit idē Alex. in.d.l.in quæstionibus:in additionibus:in uerb.in quæstiōibus : & apertius idem Alex. cons. 11.circa primum:col.i.nu. 5.&.10.in.i.uol.quem sequunt mo der. Bononien.cōs.101.Illumina col.2.nu.16.& sequen.& cōs.102. pauci sunt dies:nu.15.ubi aliæ concordantes decisiones adducūtur: & sentit hoc idem paris de sindicatu:in uerb.testis.col.5.uers.licet Inno:& Iaso.in.l.cunctos populos.C. de sum.trini.in.i.lect.col.pen.& fin.nu.67.& in.2.lect.nu. 46. ubi uult allegando bar.& alios doct.quod licet in istis criminibus exceptuatis : recipiantur infames infamia iuris:tamen istud procedit:quando in subsidium:& cū tormentis:& tor tura recipiuntur:& potissimum quando sunt personæ uiles.

Qua uilitate considerata:etiam in isto crimine recipi nō debet in testem Christia nus nouiter conuersus ad fidem:contra alium qui de dicto crimine inquiritur : ex quo non est integer testis ut punctaliter tradit oldra.d.cons.suo.210.circa finem: & est de mente tex.in.d.§.licet:dum considerat uilitatem:& alia obstacula & leui tatem.

Et eo magis procedunt ista:quando tales testes:plures paciuntur defectus: & non unicum:secundum quod tradit Soc.cōs.118.uisa:col.antepenul.uers.postremo : in.i.uol. & barba . cons . 65 . sapienter : col.4.in.4.uolum.& plura accumulant moder.Bononien.in eorum practica criminali:in uerbo:diligenter:numero.6.&

in.d.

in.d.eorum conſ.102.col penult.nu.11.& duobus ſequen.
Prout etiam in iſtis criminibus:teſtes ſingulares minime delictum hereſis probāt: ſecundum Archid.in.c.nec mirum.16.q.5.& Inno.in.c.uenerabili: de teſti. &.d. Anto.in.c.cum oporteat.de accuſa.& firmat oldra.d.conſ.210.col.fin. uerſ. inquantum uero.Et Alex.d.conſ.11.in primo uolu.col.i.nu.9.uolens unum:& ſingularem teſtem:non ſufficere ad torturam inferendam illi contra quem teſtificatur:& ſequuntur moderni Bononien.in.d.conſ.101.nu.17.& conſ.102.nu.11. & conſ.109.audito:nu.7.& ſequen.ubi alias deciſiones adducunt: probantes: in hoc crimine hereſis:teſtes ſingulares:illud non probare:& parum operari:& ſequitur.d.Franc.Epiſcopus ſquillacen.in.d.ſuo tract.car.mihi.11.uerſ. itē teſtes ſingulares:allegando docto.in.d.c.cum oporteat.& Abb.in conſ.53.& facit illud uulgatum.quodlibet iudicium:ad minus per duos teſtes eſſe probandum: iuxta glo.in uerb.iudicijs:in.l.fin.C.famil.herciſ.cum concor.iuxta qualitatem tamen iudicioꝝ ut traditur in locis cōmunibus & per Io.de Anania in rubrica de heret. col.2.uerſ.ultimo.

Et licet in criminibus:exceptuatis:ut leſæ maieſtatis:& ſymonie:Io.de anan.in.d. c.licet hely.de ſymo.col.4.&.pe.de Anchar.cōſ.278.expredicta:col.3.uoluerint: teſtes ſingulares:admitti:& idem in crimine hereſis dicendum uideatur:quū prædicta crimina equiparentur.c.uergentis:extra de heret.& not. per glo.& doct. in. c.cum ſecundum:eo.tit.li.6.cum alijs allegatis per moder. Bonnon.conſ.i.col.4. &.5.nu.27.& ſequen.& uidetur eſſe deciſio ſaly.in.l.quicunq; C.de heret.Et Inno.& alij ſcriben.in.c.qualiter.de accuſatio.etiam uelint: teſtes ſingulares in hoc crimine probare:ut etiam ſentit Imol.in.clem.2.de heret.Tamen procedunt iſta: quando tractaretur de probando crimine hereſis in genere:ſecus quando probandum eſt crimen hereſis in ſpecie:tunc enim debent eſſe conteſtes:& ſingulares non ſufficiūt:ut ſunt deciſiones ſuperius allegate: & ī ſimili hāc doctrinā tradit Inno. in c.licet:ex quadam:extra de teſti.& ſequuntur ibi Abb.Imol.& fely. allegantes concordan.& tenet bal. in.l.i.C.qui mi.tutela:& ita declarant prædicti moder. Bonon.in.d.conſ. i.nu.42.& nu.54.& alijs ſequentibus:Allegantes alias concordantes deciſiones.

Et comprobantur: nam ſuſpicio de hereſi poteſt oriri & leuibus ſignis: tamen illa ſigna debent plene probari:ſecundum Inno.in.c.ſicut de ſymo.& Io.Andr. & alios in.c.ut officium.§.primo de heret.li.6.& per oldra. preallegato conſ.210. nam ex ſola ſuſpicione:non poteſt quis condemnari:ut habetur in. c. excōmunicamus.§.fin.de heret.& per Geminia.in.d.c.ut officium:in prin.& in.c.filij:in.2. col.eo.tit.& per hoſtien.in ſumma de heret.§.qualiter deprehendat̄:uerſ.ſed quos uocas:& uerſ.ſequen.& habetur per illum tex.per doct.in.c.cum contumatia: de heret.li.6.& tradit fely.in.c.literas:col.fin.uerſ.& adde.de præſump.& in.c. ſicut in prin.de ſymo.Ex quibus infertur:cōtraria poſſe procedere quo ad inquiſitionem & ut poſſit inquiri:propter teſtes ſingulares:non autem: ꝙ poſſit procedi ad condemnationem:ſeu ad torturam attenta dico indiciorum & perſonarum qualitate:ut iam deductum fuit.

Prout etiam dicta Inno. & aliorum in d.c. qualiter: procedunt respectu pœnitentie in iungende & ut purgetur: non autem respectu condemnationis: in qua requiruntur contestes: & non sufficiunt singulares: secundum decisiones supra allegatas: & ita punctaliter respondet Franc. Episcopus squillacen. in. d. tract. de heret. car. mihi. 1 o. uers. insuper est sciendum: & sentit Imol. in clem. pri. col. pen. circa fin. & card. in § uerum: in. 3. nota: de heret. in clem. Ad quod bene facit: quod uult Inno. in. c. ex parte: in fin. de off. ord. & glo. in. c. quanto & in. d. c. literas: de presumptio: & quæ ibi accumulat Fely. col. fin. nu. 13. nec non & illud uulgatum testes singulares: minime probare: ex quo unus debilitat fidem alterius: & tantū probat unus quantum mille: & plures testes singulares: minus probant, quam unus solus. c. bone. c. cum dilecti, de electio. c. licet causam, de probatio, & per bal. in. l. ut iurisiurandi, col. 3. C. de testi. & in. l. de quibus, col: antepenult. uers. sed nunquid testis. ff. de legib. cum simil.

Et coadiuuantur ista: nam crimen heresis est grauissimum, & aduersus cōmittentes illud, multiplex pœna statuta est, tam lege diuina, quā lege humana, ut tradit hostien. in summa tit. de heret. § qua pœna, & in. c. ad abolendā, co. ti. ubi Io. andr. etiam ponit, & diffusius prosequitur ibi henr. buohic in. 3. dist. ut etiā facit alber. de Rosate in dictionario, in uer b. heretici puniuntur, & in uerb. hereticus est capitali pœna, & ponunt etiam alij summist. in uerb. hereticus, & habetur in iuribus allegatis per istos.

Consequenter mature procedendum erit, nec ita passim in testes recipiendi sunt indistincte omnes, ita ut ex ipsorum falsa depositione: Innocentes & innoxij ueniant puniendi, ut dicitur in clem. pri. in prin. de heret. Et testes inimici, coniurati, conspiratores, & alij de quibus supra dictum est, quandoq; recipi nō debent, Et recepti fidem non faciunt nec probant.

Et contra eos, & eorum dicta, admitti debent oppositio: & alij obiectus de quibus superius dictum est, & probatur per. d. § licet, & d. c. infidei fauorem & per alias decisiones superius adductas, & est glo. in uerb. iudicijs, in. c. fin. de heret. li. 6. & ibi doct. notant: & sentit freder. de Senis. d. cons. 252. in fin. &, apertius oldra. d. cons. 210. col. penul. & fin. ubi apertissime sentit contra testes posse opponi, & oppositiones debere recipi.

Et ulterius dicit quod in isto crimine, non attenditur fama, quæ ortum & originem habuit ab inimicis, seu ab alijs non fide dignis, ut dicimus in alijs casibus, secundum bar. in. l. de minore. § plurium. ff. de quæstio. & ibi Alex. & alij moder. plene tradunt, ut etiam dicunt canoniste in. c. ueniens, extra de testi. cū simil.

Hinc etiam inductum est, in tali crimine, non debere quem condēnari, nec puniri propter præsumptionem etiam uehementem, secundū glo. in. d. c. literas de præsumptio. & Fely. ibi & secundum alios allegatos p eundē fely. in. c. sicut in princ. de symo. & oldra. d. cōs. 210. circa principiū & anchar. in. d. c. accusatus, in prin. & per Imol. allegantem alios, in clem. prima col. pen. uers. mattheus uero, & Geminia. in. c. accusatus in prin. de heret. in. 6. & in. c. ut officium § uerum col. 1. eo. tit. hinc alber. in rubrica, C. de heret. col. 3. uers. deinde quæro, Quinimo ex leui &

modica

modica presumptione:in tali crimine minime:cõtra aliquem inquiri debet. c. accusatus.§.primo de heret. li. 6. Infamia enim precedere debet:& de ueritate ipsius:primitus inquiri:Ad hoc ut inquisitio sequens rite & recte formata dicatur: ut habetur in.c.i.&.2.per glo.& doct.de accusatio:li.6.& per lap.in clem. prima de usur.& per franc.episcopum squillacen.in.d.tract.de heret.car.mihi. 8. uers. item in hac materia.

Vt igitur contra inquisitum de tali crimine:procedi possit ad condemnationem: debent adesse probationes clare & aperte:iuxta.l.sciant.C.de probatio.&. l. qui sententiam.C.de pœnis:& tradit Imol.in.d.clem.prima col.fin.uolens non sufficere unum testem cum fama:post Io.de Ligna.ibidem:nam debẽt esse probationes/concludentes:ut sentit etiã Card.ibi:uers.pe.col.fin.in.i.q.& in clem.2.uers. inquisitoribus:in.2.q.ubi de uno teste & fama:Geminia.in.d.c.ut officium.§. uerum:Et licet in eo procedi possit summarie: tamen probaciones adhuc sunt necessarie:ut habetur in clem.sepe:uers. non sic tamen:& ibi omnes notant: tradentes concordan.de uerb. significatio. Et regula illa:actore non probante: &c. l. qui accusare:ubi doct.alia adducunt.C.de eden.In tali enim iudicio:testes debent esse concludentes:secundũ Anchar.Io.de ligna. Card.& Imol.in.d.clem.sepe:uers. quæ omnia:& ibi repe.col.3 o.uers. 1 o.quia:allegantes alia: Et bene faciunt quæ ponit Io.de Anan.in.d.rubrica:col.2.de heret.Eo magis in delicto isto exceptuato:& grauissimo:in quo irrogantur tot & tante pœne:& posteritas:& memoria perpetua notatur infamia:ut punctaliter dicit oldra.d.cons. 2 1 o.in prin.& sequitur Franc.epis.squillacen. in.d.tracta.car.mihi. 1 o.uers. si uero erat leuis:& uers. unde tenet,allegans pet. de Anchar.d.c.accusatus:in prin.& moder.in.c. excõmunicamus:el:primo de heret.qui aperte istud uolunt:Et comprobant lege & ratione: ut per eos.

.4.Dubium:

Ad quartam dubitationem:in qua quæritur: An Rex Emanuel/ex causis contentis in themate:potuerit.ipsis nouiter conuersis:concedere dictum priuilegium: Et an talis concessio subsistat.Quatenus continet:ꝙ per certum tempus contra ipsos nouiter conuersos inquiri non posset de dictis criminibus:& quod dicto tempore decurso:procederetur:sub certa tamen & limitata forma:de qua ibidem:penitus deuiante a statutis Canonicis:ut in ea:& illis:est uidere.Breuiter dicitur: Regem ipsum super predictis criminibus non potuisse concedere tale priuilegium: dictamq; concessionem non ualuisse:nec tenere:prout etiam non ualuit: nec tenet priuilegium & concessio super predictis facta & emanata per Iohannem moder. Regem:& supremum dominum:in illis regnis:& dominijs nam cum tale crimen & delictum sit mere ecclesiasticum:& ad ipsum pontificem: cognitio: & punitio ipsius spectet:& laici non possint super illo se intromittere: sine licentia & ordinatione Summi Pontificis: ut ad plenum deduxi in alio cons. per me iam absoluto.

Omne statutum & dispositio emanata a laicis/sup dictis criminibus / circa modum procedendi/tam directe/quam indirecte/fuerunt & sunt nulla: si aliquate

nus, per illa, processus inquisitionis īpediretur, seu retardaretur, ut disponit tex. apertus, in, c. statutum ciuitatis, de heret. li. 6. uers. nullius existere firmitatis, & ibi post glo. & doct. antiquos istud firmat Anchar. in. 2. nota, & in. 3. ubi proprie loquitur in terminis nostris, dicens, iudicem ecclesiasticum posse cogere secularem ut tale statutū tollat, ut habetur in illo tex. ex quo non ualet talis dispositio a laico emanata & adducit ad id alia iura, & idem uult Dominic. de sancto gemin. ano, ibi in prima oppo. allegando ad idem tex. in. c. accusatus. §. sacerdotes, eo. tit. & phil. franc. in. d. c. statutum, idem firmat allegando. c. fin. de immu. eccle. & notata in. c. nouerit. de senten. excom. Ad idem quod tales concessiones non ualerit probatur per locum a speciali in. c. ut inquisitionis, in principio eo tit. & ibi istud tenet pet. de ancha. quoniam ideo ibi. ualent illa statuta edita ab imperatore, quia confirmata fuerunt expresse per summum pontificem, qua confirmatione cessante nihil profecto ualuissent, ad quod etiam tex. in, d. c. ut inquisitionis, uers. si quis uero, ibi. aliquatenus impedire, ubi laici nedum prohibentur se intromittere super dictis criminibus. quinimmo puniuntur pena de qua ibi. si se intromittāt ut etiam dicitur in. d. c. statutum eos posse cogi censura ecclesiastica ad exibendū talia statuta, & ad tollendum & moderandū ea, & habetur in summa angel. i uerb. inquisitor. §. pen. in fine.

Laicus. n. princeps, non potest disponere, nec aliquid statuere super concernentibus res ecclesiasticas seu iurisdictionem ipsam ecclesiasticam, & statuta per eos, nō ualent, etiam si in utilitatem redundarent, ut dicit tex. in. c. que in ecclesiarum, de constitut. & ibi glo. i. allegans concordan. & docto. omnes maxime abb. fely. & Decius nu. 6. allegātes alias decisiones. & habetur in. l. decernimus. C. de episco. & cler. & per bal. in. l. cunctos populos preallegata: Quum. n. in istis, Iurisdictionē laici non habeāt: quicquid statuunt & ordinant, nullum redditur ex defectu potestatis. c. bene quidem. 96. dist. & secundum Abb. in. c. per uenerabilem. in fi. qui fi. sint legiti. & feder. de senis cons. 96. apparet quedam lex. Abb. & fely. nu. 23. allegantem concordan. in. d. c. que in ecclesiarum & per eundem Abb. per illū tex. i. c. ecclesia. s. marie eo. tit. de constitutio. ubi etiam omnes id firmant maxime decius: qui plures concordantes adducit nu. 28. & sequen. & nu. 52.

Et bene facit tex. in. c. tuam & ibi glo. & Docto. notant de ordi. cognitio. & in. c. lator ubi glo. qui fi. sint legiti. cum alys allegatis per Abb. & Decium nu. 12. in. d. c. ecclesia sancte Marie: & in. c. decernimus de iudi. dum in dictis locis concluditur secularem etiam incidenter non habere iurisdictionem in materia spirituali: Non enim potest statutum laicorum se itromittere in iurisdictione ecclesiastica: nec iudici ecclesiastico legem imponere: secundum Abb. in. c. cum sit romana: col. 3. de appella. & Pau. de cast. in. l. ticia in fi. solu. matri per Angel. Imol. & Iaso. allegantem alias decisiones in. l. 2. col. 3. nu. 12. & sequen. ff. de re iudi.

Persone. n. que sunt de foro ecclesie: non ligantur statutis laicorum: ut dicit tex. in d. c. ecclesia sancte marie: & ibi fely. & Decius, nu. 5. allegantes cōcordantes: prout etiam facit Aret. cons. 25. uiso themate. col. prima.

Et licet causa spiritualis/ quandoq; agitetur coram iudice laico: tamen non uenit

decidenda

decidēda et terminâda ſcđm ſtatutū laicoꝝ: ſcđm abb in.d.c. eccl'ia.s.marie.in.2. nota.et Dec.ibi:nu.11.et Aret.d.conſ.25.et p fely in.d.c. eccl'ia nu.55. Et q̄ndo litigat' ĩ foro eccl'ie: ēt quoad ordinē pcedendi ſeruare debemus ſtatuta et conſtitutiones dicti fori eccl'iaſtici: et nō ſtatuta laicoꝝ: ut tradit' in.c.quod clericis đ for. cōpet.cū alijs plene accumulatis poſt abb.p fely.in.d.c.eccl'ia.s. marie: nu.55. et ſeq̄ū et Dec.ibi,nu.11.et.47.et in terminis nr̄is eſt tex.in.d.c.ſtatutū ciuitatis, Ex quibus infert' talia p̄uilegia et conceſſ.nō ualuiſſe,nec tenuiſſe, nec ſcđm illa ēe pcedendum,tum ex defectu poteſtatis,ut dictū eſt,tū ēt. quoniā nō debent intelligi cōceſſa eſſe in p̄iudiciū iuriſdict.ſpiritualis,sūmi pontif.et ſic.3. ad notata in.l.2. .§. ſi quis a p̄ncipe,et .§. merito.ff.ne quid in lo.pub.et in.c. q̄uis, de reſcript.li.6. in.l.ſi quādo.C.de inoff.teſta.p aret.et fely,in:c.i.de reſcript.et Dec.ibi col.4. nu. 6.adducentem quam plura concordan.

5. Dubium.

Aduertendū tamē eſt,quoniā heret.et de tali crimine dānati, inter alias penas patiūtur illā,que bonoꝝ publicationē cōtinet c.uergētis,de heret.c.cū ſcđm eo.tit.li. 6.cū cōcordan.et dicet' inferius,que bonoꝝ publicatio.p parte fiſco laicali et tēporali applicāda uenit,ut colligit' in l. cognouimus, uerſ. liberis, in fi. et ibi glo,et doct.not.& in conſt.Gazaros,C.de heret.& in.l.i.C.de apoſta.& in auct. ut cū de appell.cognoſ. .§. generalē āt:colla.8.& tradit' in.d.c.cū ſcđm,& in clemē.2. uerſ. ĩquiſitoribus:de heret.in clem.& in,d,c,uergētis,& in.c.excōmunicamus, ubi glo. card.zabar.& alij ſcriben.cōcordan.ad ducūt: & hodie illud certum eſt per conſtitutiones papales/diſpoſitum/& ordinatum eſſe:quod de bonis hereticorum ,tres fiant partes: quarum una applicanda uenit fiſco & iudici ſeculari & temporali: ut ad plenum tradit Ioannes Andrea, citando alios doctores antiquis in dicto .c. cum ſecundum in nouella,& tradit ibi Petrus de Ancharano in .3. nota colum.2. & Geminianus,& Philipus, Franc.ibidem,in uerſiculo confiſcationes & Franciſcus Epiſco.Squillacen.in dicto tractato fidei & hereſis:cardi,mihi nono uerſiculo ſed an bona iſtorum : in fin , cum ſimil. Quatenus igitur predicta priuilegia & Regales conceſſiones , & gratie , continent diſpoſitionem circa bonorum confiſcationem : reſpectu portionis , que ipſos Reges & fiſcum laicalem / & temporalem tangit:& dictis perſonis & fiſco ueniebat applicanda, ualida fuerūt & firma, & per dictos Reges in ipſorum preiudicium bene potuerunt concedi, & ita cōceſſa, obſeruanda erunt ipſis nouiter conuerſis , modo & forma ut inferius dicetur : Nam licet domini temporales , non poſſint de rebus eccleſiaſticis , & de alijs tāgentibus ſpiritualem iuriſdictionem , ſtatuere & diſponere , in preiudicium eccleſie : ſummi pontificis : & iuriſdictionis ipſorum : ut ſuperius extitit cōcluſum: tamē quatenus agit' de preiudicio ipſoꝝ laicoꝝ quibus bona ueniebāt applicāda, occaſione dicti criminis eccleſiaſticis,ſtatutum conditum ab ipſis laicis, ſuper dictis bonis & rebus , ualet/& tenet , eſto quod dependentiam habeant ab eccleſia ſeu iuriſdictione ſpirituali,ut eſt bona deciſio Pet.de Anchar.cōſ.434. poſtq̄ iſta diferētia,& conſ.125.uiſis, et diligenter,col.pen.et Paulus de caſtro in conſ.216. preſuppoſito,in fin,et refert et ſequitur Alex,cōſ.9.pōderatis his, col.2.in.5.uol.

& barba.cons. 14.col.fin.in.i.uol.ut etiã facit fely. habens hanc conclusionẽ pro absoluta in.d.c.que in ecclesiarũ: col. fin. & Dec.ibi:col.2.in.3.nota nu.6. in fi.& cons.139.& diligenter,nu.2. Et suadentur ista:quoniã laici possunt fecere statu-ta:que ligent ipsos laicos tantum:etiam super illis:que sunt de tẽporali iurisdi-ctione ecclesie:licet quoad ecclesiã nõ ualeant:ut p illum tex.dicit Abb. in.d.c.ec-clesia.s.Marie:& sequit̃ Geminia.ibi:& fely.nu.9.adducens alias cõcordantes: & potissimũ quãdo statutũ tangit tẽporalia: ut est in materia dotis,que dependet a matrimonio continente actũ spirituale:ut tradunt Inno.Abb.& plenissime fely. in.c.i.de sponsal.& idem Abb.in.6.casu.in.d.c.ecclesia.s.marie:& dec.ibi:nu.42. allegans alias decisiones:ut etiã facit fely in.d.c.que in ecclesiaꝝ:nu.23.dũ loqui-tur de statutis cõcernentibus res ꝓphanas Quũ igit̃ Reges predicti: disposuerint de bonis cõfiscandis:& sic de rebus ꝓphanis & tẽporalibus: respectu portionis: que ipsoꝝ fiscũ temporalẽ tangebat:talis dispositio eos ligauit:ex quo sup predi-ctis:iure ꝑmittente:potuerũt disponere:licet dependentiã haberẽt a crimine eccle-siastico:& a iurisdictione spirituali:ut deductũ & ostẽ um fuit: cũ declaratione de qua in.6.sequenti dubio:ubi dicet̃ an possint illã reuocare nec dubitandũ est ꝙ ẽt sup predictis potuerit priuilegiũ:& concessionẽ facere:ad plene tradita: in.c.i. de probationibus:& in.c.nouit.de iudi. cum simil.& statim etiam dicetur: Ex quibus infertur & habetur resolutio quinti dubij.

6. Dubium.

Ex istis insuꝑ inferri potest ad resolutionẽ sexte dubitationis:ĩ qua querit̃: an Io-hãnes rex predictus:potuerit & possit tale ꝑuilegiũ & patris & suũ reuocare:& cõ-tra illud uenire:In qua disceptatione:dicendũ uidet̃:tale ꝑuilegiũ & concessionem potuisse & posse reuocari:ẽt sine causa: quum emanatum appareat in uim ꝑuile-gij simpliciter:& sic solo arbitrio cõcedentis /uidea? posse reuocari:arg. tex. in.l. qui fundo.C.de omni agr.deser.li.11.quem citat bal.in.l.nupta.in ꝑn.ff. de sena-to:& in.l.qui se patris.C.ũde libe.col.ãte penul.uers.sed quid si pater:& tradit In-no.&Abb.in.c.nouit.de iudi.potissimũ quãdo cõcedit̃ subdito.uti fuit hic:& trã-dit fely.in.d.c nouit:adducẽs alias cõcordan.nu.21.&.32.& moder. ibi sequũtur nu.19.ut ẽt tradit idẽ fely. in.c.que in ecclesiaꝝ preallegato:nu.62.& dec.ibi:nu. 37.&.28.& soci.cons.87.uisis:col.8.nu.13.& sequẽ.uers.3.cõfirmat̃:& nu.18. in 3.uol.ubi citãdo plures doct.dicit:ꝑncipẽ cõcedentẽ aliquid:posse illud reuocre: Nam iusta causa reuocandi uidetur illa:quia ipse cõcessit: et potissimum quando cõcessio cõtinet gratiã,ut uidet̃ esse ꝓsens,in ꝙ cõcedẽs nõ uidet̃ obligari:et natu-raliter:secũdũ aret.in.c.i.de ꝓbatio.citantẽ cyn.in.l.digna uox.C. de legi. eo etiã quoniã sumus ĩ casu:in quo.d.reges nõ potuerũt disponer̃,scdm ea que dicta fuer̃ ĩ ꝑcedẽtibus dubijs,in quibus ẽt uidet̃ ꝓhibiti obligari:scdm hostiẽ.Io.andr. abb. & alios in.c.dilecti:de maior.et obediẽ.et alia adducũt moder in.c.i.pall.nu.4.et ĩ d.c.nouit.nu.17.ad que ẽt faciũt tradita p car.cõs.52. Grego. Epũs: col.i.et quia aperte cõstat d uolũtate ipus regis:nolẽtis ulterius star̃ dictis ꝑuil.et cõcess.ad no-tata p Inno.in.c.ad ap̃licã,d symo.et p aluarot.in tit.d his qui feud.dar.poss et ĩ c.i.d nat.feu.et p soci.d.cõs.87.col.9.nu.17.uers aliqñdo et.3.et uers.seq.cũ simil.

Aductendum

